NOUVELLE

REVUE THÉOLOGIQUE.

TOME IX. — 1877.

Imprimatur.

Mechliniæ, die 30 Novembris 1877.

J.-B. LAUWERS, *Vic. Gen.*

Antverpiæ, die 30 Novembris 1877.

FR. BENEDICTUS AB. ASTEN.
Min. Prov. Fr. Min. Capuc. ind.

NOUVELLE

REVUE THÉOLOGIQUE

OU SÉRIE D'ARTICLES ET DE CONSULTATIONS

SUR LE DROIT CANON,
LA LITURGIE, LA THÉOLOGIE MORALE, ETC.

PUBLIÉE SOUS LA DIRECTION

du R. P. PIAT de Mons,

De l'Ordre des Frères-Mineurs Capucins
Lecteur de Théologie morale et de droit canonique
(M. le Chanoine LOISEAUX, ancien professeur de droit Canonique et d'histoire ecclésiastique au Séminaire de Tournai)

ET DE

M. le chanoine J.-B. FALISE,

auteur de plusieurs ouvrages sur la liturgie.

AVEC APPROBATION DE L'ARCHEVÊCHÉ DE MALINES.

Honorée d'un bref de Sa Sainteté Pie IX.

TOME IX. — 1877.

ALMA COLLEGE
R
LIBRARY
NRT
Alma California

PARIS
LIBRAIRIE INTERNATIONALE · CATHOLIQUE
Rue Bonaparte, 66

LEIPZIG
L.-A. KITTLER, COMMISSIONNAIRE
Querstrasse, 34

Vve H. CASTERMAN
ÉDITEUR PONTIFICAL, IMPRIMEUR DE L'ÉVÊCHÉ
TOURNAI
1877

10316

V. 9.
1877

Tous droits réservés.

NOUVELLE

REVUE THÉOLOGIQUE.

BREF DE PIE IX ACCORDANT UNE INDULGENCE PLÉNIÈRE A L'OCCASION DU CINQUANTIÈME ANNIVERSAIRE DE SON EPISCOPAT.

PIUS PP. IX.

Universis Christifidelibus præsentes Litteras inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem.

Quandoquidem Catholica Juventutis Italicæ Societas, præter alia permulta eaque eximia pietatis officia, quæ cum plerisque in commune conspirantibus Christifidelibus catholici nominis Parenti Publico continenter præstat, summi sui erga Nos studii testandi gratiæque Deo habendæ causa quod Ejus providentia et numine, quamvis adversa rerum vice graviter conflictamur, ad hoc ætatis animo et corpore valentes provehimur, censuit quinquagesimum Episcopalis Honoris Nostri annum, si Deus dederit, die III mensis Junii venturi solemniter celebrare, atque in votis habet ut id populo christiano bene et feliciter eveniat; Nos ad augendam fidelium religionem animarumque salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, piis prædictæ Societatis precibus obsecundare volentes, de Ommipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui, hoc anno die III Junii, qualibet in Ecclesia aut Oratorio sacrosancto Missæ Sacrificio adstantes vere pœnitentes et confess ac S. communione refecti pro peccatorum conversione, catholicæ Fidei propagatione et Romanæ Ecclesiæ pace atque triumpho pias ad

Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus.

Volumus autem, ut præsentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXVII Februarii MDCCCLXXVII. Pontificatus Nostri anno trigesimo primo.

Pro D. CARD. ASQUINIO

L. † S. D. JACOBINI Subst.

LETTRE DE SA SAINTETÉ PIE IX AUX ÉVÊQUES, AU CLERGÉ ET AUX FIDÈLES DE LA SUISSE.

VENERABILIBUS FRATRIBUS STEPHANO EPISCOPO LAUSANNENSI, ALIISQUE EPISCOPIS HELVETIÆ, EJUSDEMQUE REGIONIS DILECTIS FILIIS CLERICIS, ET FIDELIBUS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS.

PIUS PP. IX.

Ven. Fratres et Dilecti Filii, salutem et Ap. Benedictionem.

Ea quæ evenerunt in ista helvetica regione elapso septembri mense, quo sacrilega consecratio temere impleta est cujusdam pseudo-episcopi, quem neo-hæretici, qui se veteres catholicos dicunt, sibi constituere non dubitarunt, merito Vos, Venerabiles Fratres, summo dolore affecerunt, ac excitarunt, ut vestras voces contra hujusmodi execrabile facinus et scandalum fideli populo illatum communi consilio attolleretis. Omnino enim dignum fuit vigilantia et sollicitudine vestra, ut Vos detestantes impios illos ausus, quidquid est ecclesiasticæ hierarchiæ nonnisi in angulari lapide, atque Apostolicæ Petræ soliditate fundatum erigi ac stare posse ostenderetis, et tamquam vindices veræ fidei ac defensores catholicæ unitatis fidelium vestrorum animos ad vitandas insidias et molimina filiorum perditionis opportuna et gravi declaratione quæ exacto septembri mense a Vobis est edita muniretis. Etsi enim memoratam neo-hæreticorum sectam, quæ patriam vestram misere pervasit ac perturbat, in litteris ad Vos datis die 23 martii superiore anno omnino reprobavimus ac damnavimus, ea tamen non modo ab inceptis non destitit, sed imo in suis iniquis consiliis pergens, nullum fraudis et artis genus omittit, ut Catholicæ Ecclesiæ filios sua hypocrisi et catholici nominis usurpatione decipiat, et in consortium suæ pravitatis adducat. Nunc vero, ut

scimus, ejusdem hæreticæ et schismaticæ sectæ asseclæ iniquitati et temeritati suæ novum scelus adjicere non reformidantes, notorium quemdam a Catholica Fide Apostatam Eduardum Herzog e pago Lucernensi ab legitimo Ordinario suo excommunicationi subjectum produxerunt, quem conventu habito Ultini suum episcopum proclamarunt, ac deinde pseudo-episcopum Josephum Hubertum Reinkens, a Nobis jampridem ab Ecclesiæ communione segregatum, in oppido Rhenofeldensi sacrilega cæremonia consecrari curarunt. Hic autem infelix post sacrilegam consecrationem acceptam veritus non est, ut ad Nos perlatum fuit, litteras in vulgo edere, quibus Sanctam hanc Sedem impudenter impetit, et catholicum Helvetiæ Clerum ad rebellionem excitare studet, ac præterea omni legitima missione et jurisdictione carens nonnullis e sectatoribus pravitatis suæ sacerdotalem ordinem conferre præsumpsit.

Hujusmodi electionis et consecrationis nefarium facinus quam acerbum Vobis fuerit, quam indignum, quam deplorabile Vos optime ostendistis, Venerabiles Fratres, in eadem superius memorata declaratione, in qua de fundamento hæreticæ et schismaticæ factionis, quam impietas et insania perditorum hominum in ista regione excitare conata est, de miseris presbyteris qui ecclesiasticis pœnis et censuris obstricti, et gratia ordinationis suæ conculcata ei nomen dederunt, de eo qui illegitima consecratione accepta non per ostium, sed aliunde ascendens uti fur et latro dat operam, ut Christi gregem dividat ac disperdat, opportune disseruistis. At una cum Vobis Nos etiam gravem acerbitatem hausimus, et intimo dolore affecti sumus, considerantes sacrilegia et gravissima scandala admissa, ac audaciam, qua prævaricatores veritatis et catholicæ unitatis perturbatores in perniciem animarum incumbunt, de qua quidem gravem rationem Supremo Judici sunt reddituri, ac reputantes præterea eos favore et patrocinio frui, dum legitimi pastores, Episcopus nempe Basileensis et Vicarius Apostolicus Genevensis, alter a magna parte sui gregis divulsus, alter in exilium ejectus, suum ministerium exercere prohibentur. Hæc impia, gravia, et funestis fecunda fructibus facinora, quæ in ista regione patrata sunt, quæque Vobis, et omnibus

bonis mœrori magno fuerunt, et Ecclesiæ Dei nova vulnera inflixere, Nos auctoritate Nostra Apostolica palam damnamus ac reprobamus, ac agnoscentes supremi nostri ministerii munus, quo fidem catholicam et universalis Ecclesiæ unitatem tueri tenemur, Decessorum Nostrorum, sacrarumque legum morem atque exempla sequuti, tradita Nobis a Cœlo potestate primum electionem memorati Eduardi Herzog in episcopum contra Sacrorum Canonum sanctiones factam, illicitam, inanem, et omnino nullam, ac ejus consecrationem sacrilegam decernimus, declaramus, rejicimus, et detestamur. Deinde ipsum Eduardum Herzog et qui eum eligere attentarunt, ac pseudo-episcopum Hubertum Reinkens sacrilegum consecratorem, ejusque assistentes qui sacrilegæ consecrationi operam præstiterunt, nec non quicumque iisdem adhæserunt, eorumque partes secuti, opem, favorem, auxilium, aut consensum præbuerunt, auctoritate Omnipotentis Dei excommunicamus et anathematizamus, atque ab Ecclesiæ Communione segregatos, et ut prorsus schismaticos habendos esse edicimus et denunciamus. Decernimus præterea ac declaramus ipsum temere nulloque jure electum Herzog omni ecclesiastica et spirituali jurisdictione pro animarum regimine carere ac illicite consecratum ab omni exercitio episcopalis ordinis esse suspensum. Qui autem ab ipso ecclesiasticis ordinibus initiati fuerint, ii noverint suspensionis vinculo se obstrictos, atque irregularitati præterea obnoxios, si susceptos ordines exercuerint.

Quod vero ad Vos attinet, Dilecti Filii, ecclesiastici viri, laicique fideles Helveticæ regionis, Vobis in Domino gratulamur pro ea sincera fide et pietate, qua certantes contra diabolum et contra insidias ministrorum ejus, Ecclesiæ Matri et huic Apostolicæ Cathedræ firmiter adhæretis, ac pro vestra virtute summas gratias divinæ benignitati persolvimus. Adveniet tempus cum impii discent, quid ipsis profuerit malitia sua, et cum Vos contra intelligetis quid Vobis æterni gaudii et immortalis gloriæ constantia vestra pepererit. Sed hæc constantia, Dilecti Filii, in medio certamine perseveranter est retinenda, nec unquam committendum, ut scandalis permanentibus, quæ, ut scriptum est, necesse est ut veniant, ea labefactetur et corruat. « Deus

unus est, *S. Cyprianus ait*, Christus unus, et una Ecclesia, et Cathedra una super petram Domini voce fundata. Aliud altare constitui aut sacerdotium novum fieri præter unum altare et unum sacerdotium non potest. Quisquis alibi collegerit, spargit. Adulterium est, impium est, sacrilegum est quodcumque humano furore instituitur, ut dispositio divina violetur. Procul ab hujusmodi hominum contagione discedite, et sermones eorum velut cancer et pestem fugiendo vitate, prænonente Domino et dicente: *Cæci sunt et duces cæcorum: cæcus autem cæcum ducens simul in foveam cadent.* » (S. Cypr. Ep. 43. Hartel).

Quoniam autem nihil Nobis optabilius esset, quam si animas errantium a potestate tenebrarum erutas lucrifacere Redemptori Nostro possemus, hinc divinam bonitatem enixe adprecari non omittimus, ut eorumdem errantium contumaciam sua potenti gratia flectere dignetur, ac præsertim si qui sunt ex ipsis, qui nondum penitus infixi manent in limo profundi, eorumque corda permoveat, ne præcipites ruant cum iis qui se Satanæ devoverunt. Hunc in finem et Vos, Venerabiles Fratres ac Dilecti Filii, precum vestrarum officium constanter esse adhibituros apud Deum non dubitamus. Cæterum Vobis plenitudinem cœlestium luminum, gratiarum, et munerum fervide a Domino implorantes, Eumque suppliciter rogantes, ut eorum molimina, qui catholicam fidem et unitatem in patria vestra corrumpere moliuntur, irrita faciat et confundat, Apostolicam Benedictionem in pignus præcipuæ charitatis nostræ Vobis, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, peramanter et ex corde impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die 6 Decembris 1876. — Pontif. Nostri anno tricesimoprimo.

PIUS PP. IX.

DÉCRET DE LA S. CONGRÉGATION DU CONCILE PRESCRIVANT UNE ADDITION A LA FORMULE DE PROFESSION DE FOI DE PIE IV.

DECRETUM.

Quod a priscis Ecclesiæ temporibus semper fuit in more, ut christifidelibus certa proponeretur ac determinata formula, qua fidem profiterentur, atque invalescentes cujusque ætatis hæreses solemniter detestarentur, idipsum, sacrosancta Tridentina Synodo feliciter absoluta, sapienter præstitit Summus Pontifex Pius IV, qui Tridentinorum Patrum decreta incunctanter exequi properans edita Idibus Novembris 1564 Constitutione *Injunctum Nobis*, formam concinnavit professionis fidei recitandam ab iis, qui cathedralibus et superioribus Ecclesiis præficiendi forent, quive illarum dignitates, canonicatus, aliaque beneficia ecclesiastica quæcumque curam animarum habentia essent consecuturi, et ab omnibus aliis, ad quos ex decretis ipsius Concilii spectat : nec non ab iis, quos de monasteriis, conventibus, domibus, et aliis quibuscumque locis Regularium quorumcumque Ordinum, etiam militarium, quorumcumque nomine vel titulo provideri contingeret. Quod et alia Constitutione edita eodem die et anno incipien. *In sacrosancta* salubriter præterea extendit ad omnes doctores, magistros, regentes, vel alios cujuscumque artis et facultatis professores, sive clericos sive laicos, vel cujusvis Ordinis Regularis, quibuslibet in locis publice vel privatim quoquomodo profitentes, seu lectiones aliquas habentes vel exercentes, ac tandem ad ipsos hujusmodi gradibus decorandos.

Jam vero cum postmodum coadunatum fuerit sacrosanctum Concilium Vaticanum, et ante ejus suspensionem per Literas Apotolicas *Postquam Dei munere* diei 28 octobris 1870 indictam, binæ ab eodem solemniter promulgatæ sint dogmaticæ Constitutiones, prima scilicet de Fide Catholica, quæ incipit *Dei Filius*, et

altera de Ecclesia Christi, quæ incipit *Pastor æternus*, non solum opportunum, sed etiam necessarium dijudicatum est, ut in fidei professione dogmaticis quoque prærnemorati Vaticani Concilii definitionibus, prout corde ita et ore publica solemnisque fieri deberet adhæsio. Quapropter SSmus D. N. Pius Papa IX, exquisito ea desuper re voto specialis Congregationis Emorum S. R. E. Patrum Cardinalium, statuit, præcepit, atque mandavit, ceu per præsens decretum præcipit ac mandat, ut in præcitata Piana formula professionis fidei post verba « *præcipue a sacrosancta Tridentina Synodo* » dicatur : « *et ab œcumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, præsertim de Romani Pontificis Primatu et infallibili magisterio,* » utque in posterum fidei professio ab omnibus, qui eam emittere tenentur, sic et non aliter emittatur sub comminationibus ac pœnis a Concilio Tridentino et a supradictis Constitutionibus S. M. Pii IV statutis. Id igitur ubique, et ab omnibus, ad quos spectat, diligenter ac fideliter observetur, non obstantibus, etc.

Datum Romæ e Secretaria S. Congregationis Concilii, die 20 januarii 1877.

P. Card. CATARINI *Præfectus.*

J. Archiepiscopus Ancyranus *Secretarius.*

DÉCISION DE LA S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

LA CAUSE *Angustia loci* SE VÉRIFIE, NON SEULEMENT QUAND LA PAROISSE ENTIÈRE, MAIS ENCORE QUAND LA PARTIE DE LA PAROISSE HABITÉE PAR LA FUTURE, N'ATTEINT PAS LE NOMBRE DE FEUX FIXÉ PAR LE LÉGISLATEUR, SI CETTE PARTIE EST DISTANTE DES AUTRES DE PLUS D'UN MILLE.

I. Parmi les causes honnêtes de dispense de mariage, qui sont admises à Rome, se trouve la petitesse du lieu : *Angustia loci*. Le motif qui a porté le Saint-Siége à légitimer cette cause de dispense, est la difficulté, pour une jeune fille, de trouver dans une petite localité, en dehors de sa famille, un époux de sa condition, ou avec lequel elle puisse espérer un avenir tranquille et heureux ; « ita ut, *dit Kugler*, vel innupta manere, vel aliunde ex vicino loco sponsum expectare aut impari nubere cogeretur : hæc autem omnia et singula, cum nimis dura, et non expedientia, et perfectæ libertati matrimoniorum præjudicantia sint, censetur mulier justam habere causam pro dispensatione [1]. »

II. Et cela est vrai, quand même elle pourrait trouver un parti convenable dans les localités voisines. Outre l'ensei-

(1) *Tractatus theologico-canonicus de Matrimonio*, Part. IV, n. 288. Cf. Sanchez, *de Matrimonio*, lib. VIII, disp. XIX, n. 13; Reiffenstuel, *Jus canonicum universum*, lib. IV, *Appendix*, n. 76; Gualco, *Tractatus de Matrimonio*, diss. VII, cap. II, n. 9; Collet, *Traité des dispenses*, liv. II, n. 244 ; Giovine, *De dispensationibus matrimonialibus*, tom. I, § 112, n. 1 ; Pyrrhus Corradus, *Praxis dispensationum Apostolicarum*, lib. VII, cap. V, n. 36 ; De Justis, *De dispensationibus matrimonialibus*, lib. II, cap. III, n. 16. V. infra, le Rapport du Secrétaire, n. 3.

gnement commun [1], nous avons sur ce point une décision de la S. Congrégation du Concile [2] donnée à la demande de S. Charles Borromée, le 18 novembre 1570, et conçue en ces termes : « Clausula illa, quæ dispensationibus occasione dotis incompetentis apponi solet, videlicet, *quia virum sibi non consanguineum vel affinem paris conditionis invenire nequit*, verificatur et justificatur per diligentiam dumtaxat præstitam in ipso loco mulieris, et non in locis circumvicinis [3]. » Le motif en est, dit Reiffenstuel, « quia durissimum est feminis extra proprium oppidum nubere, ut sic patris et matris, consanguineorum et amicorum consortio destitutæ acerbam et quasi solitariam vitam transigant [4]. » Collet dit aussi : « Le Pape ne veut pas la forcer, pour trouver un époux, à sortir du sein de sa famille, dont elle peut faire la consolation, et qui, par son expérience et ses avis, peut suppléer à ce qu'une jeune personne n'a pas encore [5]. »

III. Des auteurs s'expriment comme s'il suffisait, pour exclure cette clause, qu'il y eût dans la localité un individu étranger à la famille, qui convienne à la jeune fille [6]. Toutefois le sentiment presqu'unanime rejette cete opinion, comme contraire à la liberté dont doit jouir la jeune fille pour le choix de son époux. « Comme les mariages doivent être libres, dit Mgr Joly de Choin, ce n'est pas assez de trouver dans un lieu une ou deux personnes qui puissent convenir à une fille ; il faudrait

(1) Cf. Kugler, *Loc. cit*, n. 291 ; De Justis, *Loc. cit.*, n. 70; Giovine, *Op. cit.*, tom. II, p. 87, n. 14 ; Gualco, *ibid.* V. infra, le Rapport du Secrétaire, n. 6.

(2) Caillaud, *Manuel des dispenses*, tom. I, n. 23, attribue cette décision à la S. Pénitencerie ; c'est une erreur. Pyrrhus Corradus, à qui il l'a empruntée, la donne, après Sanchez, comme émanée de la S. Congrégation.

(3) Rapportée par Sanchez, *Loc. cit.*

(4) *Loc. cit.*, n. 77.

(5) *Loc. cit.*

(6) Collet, *Loc. cit.*, n. 245.

que, pour pouvoir faire le choix d'un mari chrétien sans craindre un mauvais ménage, il y en eût plusieurs parmi lesquels elle pût en choisir un pour se marier heureusement selon Dieu et selon les inclinations de son cœur [1]. »

IV. Que doit-on considérer, pour discerner s'il y a égalité ou différence de condition ?

Il faut examiner s'il y a entre eux différence de position sociale : si la suppliante est noble, tandis que l'autre ne l'est pas ; ou si sa famille exerce des fonctions ou un état d'un ordre plus relevé dans l'estimation publique ; ou si sa fortune surpasse notablement celle des autres [2]. L'âge doit également être pris en considération ; par exemple, si la jeune fille ne trouvait dans l'endroit que des personnes d'un âge beaucoup plus avancé, ou trop jeunes pour elle [3]. Il en est de même de l'intelligence ou de l'éducation : il n'y pas égalité de condition entre une jeune fille spirituelle et bien élevée et de jeunes gens grossiers ou sans instruction. Le caractère, la conduite, les mœurs des jeunes gens sont une autre source de différence ; de même que l'absence des principes religieux dans la

(1) *Instructions sur le Rituel*, tom III, pag. 496, édit. Paris, 1829. Cf. Kugler, *Loc. cit.* n. 292 ; Giribaldi, *Universa moralis Theologia*, tom. II, tract. X, cap. XVIII, n. 31 ; Tamburinus, *Theologia moralis*, De Sacramentis, lib. VIII, tract. II, cap. VII, § II, n. 6 ; Sanchez, *Loc. cit.*, n. 14.

Gobat exige que « ibi non reperiantur *multi* conditionis ipsi paris. » *Experientiæ theologicæ de septem sacramentis*, tract. IX, n. 644. D'autres trouvent qu'il y a lieu d'invoquer cette cause, du moment que la majeure partie des habitants sont parents ou alliés de la jeune fille. De Justis, *Loc. cit.* n. 19; Zerola, *Praxis episcopalis*, part. I, V. *dispensatio*, n. 1. Cf. infra, Rapport du Secrétaire, n. 5.

(2) Cf. De justis *Loc. cit*, n. 47 seq.; Gobat, *ibid.*, n. 651; Tamburinus, *ibid.*, n. 5 ; Rapport etc., n. 3.

(3) Cf. Tamburinus, *ibid.*; De Justis, *ibid.*, n. 34 seq.; Kugler, *ibid.* n. 295; Rapport etc., n. 3.

jeunesse de la localité [1]. En un mot, toute inégalité qu serait de nature à nuire à la bonne intelligence des époux rentre dans cette cause.« Notant autem, *dit très-bien Kugler*, passim authores cum Sanchez, Pontio, Coninck, Castropalao, Bosco, Diana coord., Tom III, tract. II, resol. 123, n. 7, non solam paritatem,aut disparitatem sanguinis in hoc puncto esse spectandam, sed etiam ætatis, formæ, morum, honoris, potentiæ, genii, divitiarum, religionis, etc. [2]. »

V. L'indult, qui accorde la dispense dans ce cas, exige que les parties appartiennent à une famille honnête : *sint ex honestis familiis*. Quelques auteurs interprètent cette clause, comme si elle excluait les familles pauvres du bénéfice de la cause : *Angustia loci*. « Il faut soigneusement remarquer, *dit Collet*, que cette raison ne peut servir ni à un garçon, ni à une fille de la lie du peuple.... La clause qui exige une famille honnête me paraît très–importante, et elle a échappé à l'auteur des Conférences de Paris. On voit aisément pourquoi une fille de basse naissance est traitée moins favorablement qu'une autre ; la première est accoutumée de bonne heure à travailler ou à servir en toutes sortes d'endroits ; assez souvent elle n'est jamais moins bien à tous égards, que dans la maison paternelle ; et elle n'a pas besoin de conseils pour faire valoir des biens dont elle manque. Il n'en est pas ainsi de la seconde : et après tout, quand même ces raisons n'auraient pas toujours lieu, la loi, qui est générale, n'en subsisterait pas moins. [3] »

VI. De Justis fait une distinction. « Plebeiorum duplices sunt gradus, *dit-il*, nempe honestorum et vilium, seu sordi-

1) Cf. Schmalzgrueber, *Jus ecclesiasticum universum*, lib IV, titul. XVI, n. 109.

(2) *Loc. cit.*, n. 294. Cf. Reiffenstuel,*Loc. cit.* n.76 ; Sanchez, *Loc. cit.* n. 15 ; *Rapport du Secrétaire*, n. 3.

(3) *Loc. cit.*, n. 244. Cf. Mgr Joly de Choin, *Loc. cit.* pag. 497.

dorum... Viles sunt et sordidi, qui dum quæstui incumbunt, illum turpem et sordidum reddunt; quod dupliciter contingit, nempe aut coinquinatione animi, aut coinquinatione corporis. Coinquinatur animus, tum respectu humanæ naturæ, dum homo ea exercet, quæ in odium incurrunt, ut exemplificatur in fœneratoribus, qui a christiana Republica arcentur; et in Ministris et Portitoribus, hoc est vectigalium redemptoribus, a quibus impossibile est odium illud separari; illi insuper, qui se applicant artis quæ nil ei proficit nisi admodum mentiatur, cum assimilentur furi... Coinquinatur corpus, dum atteritur, sordesve contrahit, opera servilia et mercenaria exercendo; seu ratione officii, hoc est ministerii, quod vel modica vel cum plurima industria impendit; seu ratione artificii; regulariter autem opifices dicuntur, qui arti mecha nicæ deserviunt, quales sunt fabri, cetarii, lanarii, sartores, coqui, piscatores, unguentarii, saltatores, coriarii, macellatores et his similes... Honestæ artes eæ dicuntur, in quibus major requiritur prudentia et ingenium, quam corporis exercitium : cujusmodi sunt pictores, periti, statuarii, scriptores, calculatores, mercatores, ii nempe qui exercent mercaturam magnam et copiosam, ex qua magna utilitas provenit; milites gregarii et his similes [1]. »

C'est d'après cette distinction qu'on doit interpréter sa conclusion empruntée à Pyrrhus Corradus : « Demum, *dit-il*, si probandum sit oratores esse ex honestis familiis, sufficiet si testes deponant eos honeste vivere, eorumque familias nullo turpitudinis vitio laborare, et ita in praxi posse servari testatur Pyrrhus Corradus [2]. »

VII. La plupart des auteurs n'admettent pas cette interprétation. « Honesta familia porro dicitur, *lit-on dans la*

(1) *Loc. cit.*, n. 133-135. (2) *Ibid.*, n. 143.

Théologie de Malines, cui nulla turpitudinis nota adhæret, etsi forte pauperes sint [1]. » « Debet esse, *dit M. Feije*, femina ex honesta familia, cui nempe nulla turpitudinis nota adhæreat... Dummodo autem honestas ita intellecta non deficiat, non pro divitibus tantum, sed pro pauperibus quoque et inferioris conditionis feminis angustia loci existere potest [2]. » C'est la notion qu'en donnait déjà autrefois Pyrrhus Corradus, à la suite de S. Isidore : « Honestus dicitur ille, qui nihil habet turpitudinis; et sic sufficit probari oratores honeste vivere, eorumque familiam nullo turpitudinis vitio laborare ; et sic in praxi servari posse videtur [3]. » A l'appui de cette interprétation, Caillaud invoque les Brefs de la Daterie. « Une famille, *dit-il*, peut être pauvre, peut être de basse naissance, et cependant être honnête. Et en effet, les Brefs de la Daterie sont souvent conçus en ces termes : *Ipsi qui, ut asserunt, ex honestis familiis, pauperes tamen ac miserabiles existunt.* La pauvreté, ni la bassesse de l'extraction n'ont rien de déshonorant. Aussi Rome accorde tous les jours des dispenses à des gens de la dernière classe de la société qui n'ont pas allégué d'autre raison que la petitesse du lieu [4]. »

Nous avouons nos préférences pour ce sentiment, d'autant plus qu'une dispense obtenue doit être réputée valide, tant

(1) *Tractatus de Matrimonio*, n. 96, pag. 346.

(2) *De impedimentis et Dispensationibus matrimonialibus*, n. 653, pag. 594.

(3) *Praxis Dispensationum Apostolicarum*, lib. VII, cap. II, n. 118. Aussi plus avant, en parlant de la constatation des conditions pour cette même cause, il dit que la Curie a coutume de la faire d'office, quand les contractants appartiennent à la classe infime de la société : « Maxime quando personæ quæ contrahere intendunt, sunt infimæ qualitatis. » *Ibid.* cap. V, n. 40. Cf. *Ibid.* cap. II, n. 17, où il dit que, pour cette cause, « neque interest inter nobilem et ignobilem, pauperem et divitem. »

(4) *Loc. cit.*, n. 27, pag. 44.

qu'il ne conste pas de sa nullité, d'après le principe : *standum pro valore actus* [1].

VIII. Peut-on alléguer cette cause pour tous les degrés?

Les anciens auteurs enseignaient qu'elle ne peut être invoquée que pour les degrés éloignés. Du moment que l'empêchement touche le second degré, il est nécessaire qu'une autre cause se joigne à la petitesse du lieu [2]. Collet [3] et Mgr Joly de Choin [4] se prononcèrent dans le même sens. De nos jours encore, Giovine et Bangen adoptèrent le même sentiment. « Quoties autem agitur, *dit le premier*, de gradibus non omnino remotioribus, nimirum de secundo et tertio a communi stipite, seu a diversis et multiplicatis stipitibus; necesse est ut alia adjiciatur causa [5]. »

Les auteurs les plus récents constatent un changement dans la pratique de la Cour romaine sur ce point. « Pyrrhus Corradus et Compans, *dit Caillaud*, disent que la petitesse du lieu n'est jamais admise pour un degré plus rapproché que le troisième. Il en était ainsi autrefois ; mais aujourd'hui la cour de Rome est plus indulgente à cause de l'affaiblissement de la foi et de la facilité du contrat civil en France; tous les jours on obtient des dispenses du second degré avec cet unique motif ; il est même du nombre de ceux qui sont toujours admis à Rome [6]. » La Théologie de Malines [7] et M. Feije [8] rendent également témoignage de ce changement dans la pratique de la cour de Rome.

(1) Cf. S. Alphonsus, *Theologia moralis*, lib. I, n. 26.

(2) Cf. Pyrrhus Corradus, *loc. cit.*, cap. II, n. 11 ; De Justis, *loc. cit.* n. 108; Rosa, *De executoribus Litterarum Apostolicarum*, Part. I, cap. XII, n. 11; Kugler, *loc. cit.*, n. 293.

(3) *Loc. cit.*, n. 244. (4) *Loc. cit.*, page 497.

(5) *Op. cit.*, tom. I, § 212, n. 2. Cf. Bangen, *Instructio practica de sponsalibus et matrimonio*, § 22, tom II, page 181.

(6) *Op. cit.*, tom I, n. 26, page 43.

(7) *Loc. cit.*, pag. 346. (8) *Loc. cit.*, n. 654, pag. 596.

IX. Quels sont les lieux qui sont réputés petits, au point de pouvoir invoquer cette cause ?

En général les auteurs regardaient comme tel tout endroit qui ne comptait pas plus de trois cents feux, ou quinze cents âmes de population[1]. C'était la règle admise par la cour de Rome. Une circulaire du Cardinal Spinola, Grand Dataire, la rappela aux Archevêques, en 1847, dans les termes suivants :

Les lettres de recommandation ou de témoignage pour les dispenses de mariage envoyées à la Daterie à diverses époques et par différents Ordinaires ont prouvé que, dans l'allégation de la cause *Angustia loci*, les curies n'ont pas une règle fixe et déterminée, et qu'elles étendent souvent cette cause à des endroits qui contiennent plusieurs milliers d'habitants. Pour empêcher que la petitesse du lieu devienne une cause trop facile de dispense, et pour établir sur ce point une règle précise, Sa Sainteté m'a ordonné de déclarer expressément que la petitesse du lieu, comme cause canonique de dispense, ne se vérifie (conformément à la pratique de la Daterie) que quand la localité n'a pas plus de trois cents feux, ou quinze cents habitants ; et qu'en conséquence les Evêques ne doivent donner aucun témoignage ou lettre de recommandation pour cette cause, lorsque ces deux limites sont dépassées.

En communiquant, par ordre de Sa Sainteté, à Votre Ill. et Rév. Seigneurie cette disposition pontificale pour lui servir de règle, et en la chargeant, à la même fin, d'en donner connaissance à tous les Evêques, ses suffragants, je me déclare etc. [2].

(1) Cf. Pyrrhus Corradus, *loc. cit.* cap. v, n. 44 ; De Justis, *loc. cit.*, n. 7 ; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 79 ; Kugler, *loc. cit.*, n. 290 ; Rosa, *De executoribus Litterarum Apostolicarum*, Part. I, cap. XII, n. 7.

(2) Voici le texte italien rapporté par Giovine, *Op. cit.* tom I, § 212, n. 3, où il lui donne la date du 30 août, tandis qu'au tom. II, § 87, n. 6, il lui assigne celle du 6 septembre.

« Essendosi rilevato dalle diverse commendatizie, e testimoniali per dispense matrimoniali dirette in varie epoche, e da varii Ordinarii a questa Dataria, che allegandosi per causa *l'angustia del luogo* non si tiene da tutte le Curie una norma regolare e determinata, estendendosi

Si donc on voulait dans un endroit plus populeux se prévaloir de la difficulté de trouver un parti égal dans la localité, il faudrait exprimer le chiffre de la population, et celui des personnes qui sont considérées comme d'une égale condition. On a des exemples de dispenses accordées dans des cas semblables [1].

X. Caillaud dit à propos du chiffre de la population : « Le Rituel de Belley ajoute : il faut retrancher de cette population les protestants, et même ceux qui font profession ouverte d'impiété (tom. 1, pag. 484). Je suis bien d'avis qu'il faut retrancher les protestants, et j'ajouterais même les israëlites, les mahométans, les schismatiques grecs, et en général tous ceux qui appartiennent à des cultes dissidents ; mais je ne voudrais pas mettre en principe qu'il faut retrancher ceux qui font profession ouverte d'impiété ; cette règle me paraît trop vague, trop incertaine, trop arbitraire ; on en abuserait, on lui donnerait une extension illimitée. Il me semble préférable d'adopter le chiffre absolu de 1500 âmes, et de n'en pas retrancher ceux qui font profession ouverte d'impiété [2]. »

M. Feije adopte cette opinion ; « Numerus iste computatur

spesso cotale angustia anco a quei luoghi, che contengono più migliaia d'individui, la Santità di N. S. ad impedire, che la suddetta angustia di luogo sia di troppo facile causa a dispense matrimoniali, ed a stabilire in ciò una regola determinata, *mi ha ordinato di dichiarare* espressamente, che l'angustia del luogo, all'effetto di causa canonica per dispensa di matrimonio, si verifica (giusta la pratica della Dataria Apostolica) quando la popolazione non ecceda trecento fuochi, o mille e cinquecento individui ; *e che perciò non debbasi rilasciure alcuna commendatizia*, o testimoniale con la causa dell'angustia, ove non si verifichi uno dei menzionati estremi.

« Mentre pertanto a nome della stessa Santità Sua communico a Vostra Signoria Ill. et Rev. questa Pontificia disposizione per di lei norma opportuna, incaricandole di portarla per lo stesso effetto a cognizione di tutti i Vescovi di lei suffraganei, mi dichiaro etc. »

(1) Pyrr. Corradus, ibid., cap. v, n. 45; Caillaud, ibid., n. 17. (2) *Ibid.*

dit-il, attentis catholicis cujusvis ætatis aut sexus, omissis infidelibus, hæreticis, schismaticis, non tamen, ut pauci aliqui volunt, impiis vel incredulis [1]. » Il en est de même de M. Van de Burgt [2].

XI. M. Giovine veut que le nombre de 1500 âmes soit composé de tous les individus de la localité, quel que soit leur sexe ou leur âge [3]. Cette explication est certainement conforme à la lettre du Cardinal Dataire, que nous venons de citer. Il n'y est question que de 1500 habitants; on n'y requiert nullement qu'ils soient catholiques.

Nous conseillerions donc, le cas échéant, d'exprimer, dans la supplique, le chiffre total de la population, en faisant observer que le nombre des catholiques ne s'élève pas à 1500.

XII. Par *lieu* les auteurs remarquaient qu'on ne doit pas entendre la commune, ni la paroisse habitée par la suppliante. « Locus autem, *lit-on dans la Théologie de Malines*, hic non præcise parochia, aut pagus, seu communitas civilis dicitur; sed agglomeratio habitantium ab aliis uno saltem milliari, seu sertia parte leucæ Belgicæ, distantium, v. g. vicus alicujus pagi a centro separatus [4]. » Caillaud se réclame, pour le prouver, de la pratique de Rome. « Le Bref, *dit-il*, ne porte pas *angustia communitatis, aut parœciæ*, mais *angustia loci*. Et, en effet, si une petite ville était divisée en deux communes ou en deux paroisses dont l'une aurait plus, l'autre moins de trois cents feux, une jeune personne qui habiterait la moins populeuse de ces communes ou de ces paroisses n'aurait pas plus de difficulté à s'établir que celle qui habiterait la plus populeuse. Le lieu qui ne doit pas avoir plus de trois cents feux, c'est donc la localité qu'habite

(1) *Loc. cit.*, n. 652, pag. 593.
(2) *Tractatus de dispensationibus matrimonialibus*, n. 32 D), pag. 40.
(3) *Op. cit.*, tom. II, § 87, n. 6. (4) *Ibid.*

la suppliante. Ainsi quand la paroisse ou la commune aurait plus de trois cents feux, si le bourg, l'agglomération, le hameau, le village qu'habite la future ne renferme pas 1500 âmes, il y a petitesse de lieu. J'ai plusieurs fois exposé que la paroisse se composait de plus de trois cents feux ; mais que le hameau qu'habitait la suppliante ne renfermait qu'un très-petit nombre de familles, et les dispenses ont été accordées [1]. » Sont de même avis M. Feije [2] et M. Van de Burgt [3].

XIII. Tout le monde n'était pas convaincu de la vérité de ce sentiment, comme le prouve la demande de l'Evêque d'Oviedo. Aujourd'hui cet enseignement a reçu la consécration de la S. Congrégation du Concile qui a décidé, le 16 décembre dernier, que la petitesse du lieu devait s'apprécier d'après le nombre des feux, non de chaque paroisse, mais de chaque lieu, ou même de plusieurs lieux, si la distance de plus d'un mille ne les sépare point.

Voici le texte de la décision, précédé du rapport du Secrétaire.

OVETEN.

DUBIA

CIRCA DISPENSATIONES MATRIMONIALES QUOAD ANGUSTIAM LOCI.

Die 8 Julii 1876.

1. Vicarius Generalis Illmi Episcopi Oveten. supplici libello Sacratissimo Principi, quem Deus diutissime sospitet, oblato hæc exponit :

« In hac Diœcesi perpauci inveniuntur populi congregati, et fere omnes parochiæ componuntur ex quibusdam vicis et villis, oppidulis sæpe spatio unius vel duarum vel etiam trium leucarum dissitis, adeo ut majores parochiæ illæ sint quæ pluribus vicis

(1) *Ibid.*, n. 18, pag. 30. (2) *Loc. cit.*, n. 652 in fin., pag. 594.
(3) *Loc. cit.*, n. 32 C), pag. 40.

constant. Consuetudo invaluit pro dispensationibus matrimonialibus obtinendis non allegandi causam quæ desumitur ex angustia loci, nisi quando oratores pertineant ad parœciam cujus focorum numerus non excedit tercentum. Hæc praxis videtur fundamento destituta et penitus injusta, quia ratio causæ angustiæ loci non solum existit, quando parochiæ foci non excedunt tercentum, sed etiam in plerisque quæ prædictum numerum superant. Inhabitantes uniuscujusque vici, sive villæ tantummodo vident eos qui in aliis ejusdem parœciæ morantur, quando ad munia religiosa obeunda in ecclesia congregantur, et fere semper evenit plures haberi ecclesias in eadem parœcia vel ad ecclesias parochiales viciniores concurrere ad Sacrum audiendum, et idcirco deest familiaritas, amicitia et plerumque notitia inter inhabitantes ejusdem parochiæ. Omnes auctores, quando de hac causa pertractant, eam unanimiter vocant *angustia loci*, numquam autem *angustia* parœciæ : revera in aliquibus exiguis parochiis nequit allegari talis causa, si alioquin locus non fuerit exiguus, prout evenit in suburbanis, ut aperte declaratum est. Item in literis dispensationum, tum Sacræ Datariæ, tum etiam Pœnitentiariæ, nunquam mentio fit de exiguitate parœciæ, semper autem loquitur de angustia loci.

« Hisce rationibus permotus, nec non et bono fidelium consulens, a Beatitudine Vestra exposcit, ut declarare dignetur.

« 1° Angustiam loci non desumi ex numero focorum parœciæ cujusdam, sed loci seu locorum, in quo degunt oratores.

« 2° Posse evenire igitur ut prædicta causa habeatur, etiamsi oratores pertineant ad parœciam quæ tercentum focorum numerum excedat, dummodo locus seu vicus in quo degunt sit exiguus.

« 3° Quibus in casibus in hac diœcesi Oveten. nequit allegari causa angustiæ loci ?

« 4° Attendendum ne est ad numerum focorum qui inveniuntur in unaquaque leuca quadrata ?

« 5° Quisnam numerus focorum videri debet sufficiens in uniuscujusque leucæ quadratæ spatio, ut locus nequeat dici angustus ? »

Hoc habito libello, statim decretum editum fuit : *Per Summaria precum.* Cum vero hodie hæc dubia dirimenda proponantur, præstat aliquid innuere, ut propositis dubiis responderi valeat.

2. Angustia loci est una ex frequentioribus causis quarum ope conceduntur dispensationes matrimoniales, præsertim in gradibus consanguinitatis et affinitatis remotioribus. Ita Sanchez, *De matrim.*, lib. VIII, *disp.* 19, n. 12; Palao, *De sponsal.*, *disp.* 4, *punct. ult.* § II, n. 2 ; Bosco, *De matrim.*, *disp.* 12, *sect.* 13, *conclus.* 4, *num.* 260 ; Corradus, *Prax. dispensat.*, *l.* 7, *c.* 5, n. 34 ; De Justis, *l.* 3, *c.* 2 ; et alii.

3. Porro per angustiam loci intelligitur talis locus, in quo puella non invenit sponsum sibi æqualem vel parem, nisi consanguineum aliquem vel affinem ; consequenter si tali nubere non liceret, deberet manere innupta, vel nubere cuidam, qui statu, conditione, aut divitiis inferior, vel ætate, moribus, genio, aut religione dispar esset. Nec enim sola status, generis ac divitiarum, sed etiam alia quæcumque inæqualitas constituit angustiam loci. Sanchez, *Loc. cit.* n. 15 ; Bosco, *Loc. cit.* n. 273 ; Tusc. *litt. M. concl.* 157 ; arg. *l. Nuptiæ*, *C. de nuptiis*, ibi : *etsi pares sint genere et moribus*, juncto Can. *Super eo*, 22, *De test. et attest.* Hinc est quod in Apostolicis literis dispensationum passim inveniatur hæc clausula : « Cum oratrix in dicto loco (ortus) propter illius angustiam virum sibi non consanguineum vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, mandamus quod, quatenus . . . . preces veritate niti repereris . . . tunc . . . auctoritate nostra dispenses. » Et ratio potissima hujus causæ ea est, quod valde expediat bono communi matrimonia inter pares iniri. Tiraquel. *l.* 5, *connubiali*, n. 1; Navarrus, Ledesma, Lopez, et Vega, cit. a Sanchez. Nam matrimonia inæqualia infelices exitus habere frequenter solent. Sane si vir non ducat coætaneam, nunquam vel raro de ea bonum fructum capiet, et sæpissime incidit in calamitatem ; Cepol. *in comment.*, *fol.* 137, *num.* 7 ; contra vero, si maritus et uxor sint correspondentis ætatis, quæ placebunt naturaliter uni, placebunt pariter et alteri. Tiraquel. *loc. cit.* Si vir duxerit uxorem pauperem, ponit in domo sua paupertatem, si vero divitem ponit tempestatem.

Neuiz *in syl. nupt. l.* 2, *num.* 55. Si denique nobilis accipiat plebeiam, semper rusticam vocabit et contemnet ; quia neque satis firma, nec tuta est pauperum cum opulentis amicitia. Bal. *in l. per adoption. ff. de adopt.*

4. Nec requiritur ut fiat stricta et exacta perquisitio, an aliquis impedimento carens fœminæ ad nubendum æqualis inveniatur in loco, sed sufficit moralis diligentia : imo sufficit, si puella decenter ornata, et quasi exposita ad nubendum per aliquot annos incedat, quin tamen nullus pro sponsa illam expetiverit. De Justis, Corradus et Sanchez, *Loc. cit.* Nam honestas et pudor puellarum non patitur quod sibi ipsis viros quærant. Can. *Honorantur, caus.* 32, *q.* 2, ubi : « *Non est enim virginalis pudoris eligere maritum.* »

5. Præterea ad verificandam angustiam loci non indagandum est exactissime, an sit necne aliquis vir paris in omnibus conditionis cui fœmina nubere possit. Id non videtur esse ita stricte accipiendum, sed morali etiam modo. Satis enim est communiter non reperiri in eo loco viros pares, qui non sint consanguinei vel affines. Quia cum matrimonia debeant esse libera, et multas conditiones exigant ut convenientia et paria judicentur, expedit valde ne fœmina ad unum vel alterum arctetur, sed sint varia ex quibus ei optio detur. Nam licet reperiantur duo vel tres, dicetur non reperire virum paris conditionis : imo verificatur illa clausula modo major pars oppidi seu loci sit imparis conditionis, vel dici possit, juxta communem loquendi modum, in eo loco non reperiri aliquem æqualis conditionis. Sanchez, Wiggers, Tamburinus, Diana.

6. Imo censetur adesse angustia loci, etiam si in vicinia fœmina posset habere sibi æqualem virum non consanguineum vel affinem, cum dispensatio hac in re communiter sit libera et absque conditione concessa ; nam licet ipsa sit stricti juris et stricte interpretanda, Cap. *Quod dilectio, De consang. et affin.* Cap. 1, § 1, *De fil. presb. in* 6° ; nihilominus est late interpretanda quatenus verba sonant, et ipsorum verborum natura requirit. Genuen. in sua *Praxi, cap.* 20, *num.* 4. Etenim si Summus Pontifex aliud voluisset, profecto id in literis dispensationum exprimere soli-

tum esset, ac propterea dixisset : « dummodo in alio loco finitimo suæ patriæ oratrix virum paris conditionis invenire nequeat, » vel alia verba æquipollentia ; sed cum sufficiat oratricem non invenire virum paris conditionis ob angustiam loci, unde orta est, vel domicilium constanter habet, non est recedendum a vi verborum : bene vero absolute dicendum, esse sufficientem causam non invenire matrimonium æquale intra proprium fœminæ locum : sicut etiam dicendum est de oratrice, habente dotem minus competentem ; nam hæc alia causa est sufficiens, et satis verificatur, licet in locis finitimis invenire potuerit matrimonium æquale et cum illa dote oratrix, non autem in proprio loco : circa quod adest expressa declaratio S. H. O. ad instantiam Archiepiscopi Mediolanensis, die 28 Novembris 1570, his verbis : « Clausula illa, *quia virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis invenire nequit*, verificatur, et justificatur per diligentiam præstitam dumtaxat in ipso loco mulieris, et non in locis circumvicinis. » Sanchez, Corradus et Reiff. *Append. de dispens. ad l. 4, sect.* 3, *n.* 77.

7. Verumtamen adhuc inquirendum remanet, qualis debeat esse locus, qui plerumque oppidum vocatur, ob cujus angustiam dispensatio conceditur : an, videlicet, debeat esse civitas, urbs, aut saltem insigne et populosum oppidum ; an vero sufficiat, vel potius esse debeat locus magis angustus, ut parva civitas, commune oppidum, seu pagus vel oppidulum, quod ad rem apprime pertinet. Procul dubio hæc causa dispensationum matrimonialium, scilicet, ob angustiam loci, passim olim admittebatur, non solum in locis angustis, verum etiam in amplis et populatis, quinimo etiam in magnis civitatibus, necnon in ipsa Urbe, ex eo quod oratrices talis qualitatis esse poterant, quod respectu illarum non inveniebant in illis viros paris conditionis, cui nubere potuissent. Cum vero inverisimile videretur, non solum in tam insignibus, verum etiam in parvis civitatibus, posse hanc causam verificari, Paulus V eam sustulit quoad angustiam civitatum, nec deinceps illa amplius admittitur. Neque hac ratione, scilicet, appellatione loci, per cujus angustiam datur dispensatio, veniunt suburbia civitatis, prout rescriptum fuit Episcopo Lauden. a Da-

taria jussu Clementis VII, nisi per milliare, sive paulo minus distent a civitate. Attamen, quia frequenter contingit in quibusdam civitatibus, et in plerisque aliis oppidulis, revera fœminam ob istorum angustiam non invenire pares sibi viros, sicque causam hujusmodi angustiæ verisimiliter hisce in locis verificari posse existimatur, illa quidem admittitur, si tamen locus non excedat numerum tercentum foculariorum, et non aliter : etenim in literis dispensationum reperitur etiam hæc clausula, nempe : *Et dummodo prædicta civitas tercentorum focolariorum numerum non excedat.* De Justis et Corradus cit.

8. Hinc est quod Reginaldus, Sanchez, Tannerus et alii communiter, etsi loquantur de civitate, urbe, vel loco insigni, aut famoso, oppidove majore, minime tamen excludunt oppida minora, et pagos, seu vicos non venire inter loca angusta. Quinimo Gobat, in *Theol. experiment. tract.* 9, *n.* 648 *et seq.* minora loca, ac in specie pagos, aut vicos, ad effectum de quo agitur, angusta loca intelligit, et bene probat Reiffenstuel, *loc. cit.*, *n.* 78. Etenim ut dispensatio concessa ob angustiam loci sustineatur, solummodo requiritur quod in oppido, vel loco, in quo orta est, seu habet domicilium sponsa, non reperiantur multi conditionis ipsi paris, qui non sint ei juncti cognatione vel affinitate intra quartum gradum. Dicitur in oppido, nam vocabulo oppidi utuntur absolute Hurtado, Riccius, Tamburinus aliique passim : imo vero per oppidum intelligendus etiam est in hac materia pagus, seu vicus, vel oppidulum : etenim Hurtado, Palao, Diana et communiter alii absque limitatione ulla dicunt : si sponsa virum parem non reperiat in loco sui domicilii ; et Innocentius X absolute etiam exprimit angustiam loci in Brevi ad quemdam Nuntium Apostolicum, jus ipsi faciens *dispensandi cum quibuscumque personis . . . . . quæ . . . . . propter angustiam loci . . . aut alias ob rationabiles causas matrimonium invicem contrahere voluerint.* Ratio profecto id suadet ; quia etiam multis mulieribus educatis in parvis oppidis, aut pagis et vicis durissimum et perquam difficile est, extra proprium locum, etiamsi vicinum, nubere, deserendo suos et sua, ut sic patris et matris, consanguineorum et amicorum consortio

destitutæ acerbam et quasi solitariam vitam transigant. Tamburinus, *Theol. mor.* De Sacram. Lib. VIII, Tract. II, Cap. VII, § II, n.3. Re quidem vera spectando finem et mentem legis,non tantum posset, sed etiam deberet esse locus minor, minusque populosus, ut oppidulum non adeo magnum, aut pagus, seu vicus, quando ob angustiam illius, dispensationem impetrare quis vult, et ut hæc petitur sic conceditur : ita ut in civitate (nomine enim civitatis venire solent stylo Curiæ solæ urbes residentiarum Episcoporum) et ubi sunt plura quam tercenta focularia, angustia loci in ordine ad matrimoniales dispensationes non detur, seu penitus non admittatur, ut dictum est. Reiffenst., *loc. cit.*, *num.* 79. Tandem confirmatur hæc sententia continua et communi praxi, ac stylo Curiæ qui pro lege habetur, Cap. *Ex literis*, *De const.* et *Quam gravi*, *De crim. fal.* ; unde evidenter constat habitantes in pagis etiam minimis ex causa angustiæ loci passim sollicitare et obtinere dispensationes matrimoniales.

9. In casu vero quo fœmina nubere vellet suo consanguineo ea sola de causa, quod in parvo oppido, in quo habitat, non reperiat quemquam paris conditionis, bene vero plures in loco suæ parochialis ecclesiæ, distante solum dimidiæ horulæ spatio, Tamburinus [1] credit, re adhuc integra, non videri esse spem nisi dubiam dispensationis : idcirco quod circumstantia propriæ parochialis ecclesiæ tanto vicinæ faciat, ut hæc fœmina non possit, juxta vulgarem moralemque modum loquendi, dici, non habere posse in loco habitationis suæ pares sibi conditione ad nubendum : tum quia ex una parte quod parum distat, nihil distare videtur ; Tiraquelli, in *Tract. de judicio in reb. exig.*, tum quia ex altera parte censetur quis habitare in loco suæ parochialis ecclesiæ vicinæ, si in eo frequentare divina consueverit. Contra verum Gobat, *loc. cit.*, *num.* 650, quia absolute DD. aiunt, puellam posse frui gratia dispensationis, etiamsi virum paris conditionis reperiat in insigni loco vicino suæ patriæ, Sanchez,

(1) Hæc minus recte Tamburino tribuuntur ; sunt verba et sententia P. Gobat, *loc. cit.*, n. 649. Tamburinus, *loc. cit.*, hunc casum non examinat.

Riccius, Wiggers aliique plures, ideo non tenet subreptitiam dispensationem quam petiisset impetrassetque ista fœmina,allegans bona fide se non reperire parem in loco sui domicilii ob angustiam loci.

criminatio est illata, libertas ejus nefarium ac fatale principium vocatum est, doctrinæ ejus perversæ, ac societati et moribus adversantes appellatæ sunt, vis et auctoritas ejus tamquam civili consortio perniciosa incusata fuit. Neque possent iidem confictæ Nostræ libertatis præcones inficiari tot multiplices continuas graves occasiones in id comparatas ut incauta juventus inflammatis cupiditatibus corrumpatur, ac ex ejus animo catholica fides radicitus extirpetur. Si ipsi demum vias hujus urbis, quæ per B. Petri cathedram religionis sedes et caput est, obirent, judicare percommode possent utrum templa acatholici cultus his temporibus excitata, scholæ corruptionis quaquaversus diffusæ, tot domus perditionis passim constitutæ, obscena et fœda spectacula quæ oculis populi offeruntur, talem rerum conditionem faciant, quæ tolerabilis sit ei qui pro sui apostolatus officio debet quidem et vellet tot malis occurrere, at contra omnibus mediis et rationibus, omni potestatis exercitio privatur, quo possit vel uni tantum ex tot malis necessaria remedia adhibere, et animabus in exitium ruentibus opem ferre. Hic tandem est, Venerabiles Fratres, status cui subesse cogimur opera ejus Gubernii quod in hac urbe dominatur, hæc est illa libertas et potestas exercendi ministerii Nostri cujus nomine abutuntur et qua Nos potiri impudenter jactitant : libertas scilicet videndi demolitionem in dies deteriorem ordinis et constitutionis ecclesiasticarum rerum, videndi exitium animarum, quin operam Nostram ad tot damna opportune reparanda impendere et navare possimus. His ita se habentibus nonne nova amarulenta irrisio et ludibrium existimandum est illud quod sæpe dicitur, nempe debere Nos conciliationis et concordiæ consilia cum novis dominatoribus inire, cum hæc conciliationis ratio non aliud ex parte Nostra esset, nisi omnino prodere non modo summa Sanctæ hujus Sedis jura, quæ tamquam sacrum et inviolabile depositum ad hanc supremam cathedram evecti custodienda ac tuenda recepimus, sed etiam et præcipue prodere divinum ministerium Nobis pro salute animarum commissum, tradere hereditatem Christi in manus auctoritatis hujusmodi, cujus opera ad ipsum catholicæ religionis nomen, si fieri posset, delendum diriguntur? Nunc

profecto terrarum orbi claro in lumine omnique ex parte conspicienda præbetur vis, vigor, fides earum concessionum, quibus ad fidelium illusionem hostes Nostri libertatem et dignitatem Romani Pontificis tueri se velle ostentarunt, quæ fundamentum suum positum habent in arbitrio ac hostili voluntate reipublicæ moderatorum, quorum in potestate est, juxta sua consilia et rationes, ac pro lubitu eas aptare, servare, interpretari, atque executioni mandare. Haudquaquam certe, haudquaquam Romanus Pontifex est aut erit unquam plenæ libertatis compos, ac suæ plenæ potestatis, donec aliis in urbe sua dominantibus subjiciatur. Alia ejus sors Romæ esse non potest nisi aut supremi Principis aut captivi: nec unquam catholicæ Ecclesiæ universæ pax, securitas, tranquillitas constare poterit, donec exercitium, supremi Apostolici ministerii obnoxium fuerit studiis partium, arbitrio dominantium, vicibus politicarum electionum, consiliis et operibus hominum callidorum ac utilitatem justitiæ præferentium.

At in tantis malis queis laboramus et premimur, ne putetis, Venerabiles Fratres, aut animum Nostrum fractum concidere, aut illam in Nobis fiduciam deficere qua Omnipotentis et Æterni decreta expectamus. Nos quidem consilium cum iniissemus post occupationem ditionis Nostræ Romanæ potius manendi quam quærendi alienis in terris tranquillum hospitium, idque ea mente ut penes Beati Petri sepulcrum pro re catholica vigiles excubias ageremus, numquam destitimus auxiliante Deo pro causa Ejus tuenda certare, et quotidie certamus nullibi loco cedentes hosti nisi vi depulsi, ut perpauca illa quæ adhuc reliqua sunt ab impetu diripientium et pervertere omnia conantium vindicemus. Ubi autem cætera Nos defecerunt præsidia quibus Ecclesiæ et religionis rationes tueremur, Nos Nostræ vocis et Nostrarum expostulationum officio usi sumus; cujus rei testes estis ipsi quibus communia pericula communis Nobiscum dolor fuit: sæpe namque verba excepistis publice a Nobis prolata sive ut nova facinora reprobaremus et contra invalescentem hostium violentiam protestaremur, sive ut aptis monitis fideles instrueremus ne insidiis improborum et simulatæ religionis specie, seu noxiis falsorum fratrum doctrinis deciperentur. Utinam vocibus Nostris tandem

admoveant aures animumque adjiciant illi quorum ad officium pertinet et maxime interest, auctoritatem Nostram sustentare, et causam qua nulla justior et sanctior, viriliter tueri! Nam qui fieri potest ut illorum prudentiam fugiat, frustra solidam ac veram prosperitatem in nationibus, tranquillitatem ac ordinem in populis, stabilitatem potestatis in iis qui sceptra tenent expectari, si Ecclesiæ auctoritas, quæ societates omnes recte constitutas vinculo religionis continet, impune contemnatur et violetur, ejusque Caput Supremum in suo ministerio obeundo plena libertate uti nequeat, et potestatis alterius sit obnoxius arbitrio?

Illud sane feliciter accidisse lætamur, ut voces Nostræ ab universo catholico populo filiali pietate Nobis obstricto, libentissime magnoque cum fructu exceptæ fuerint; talia enim sunt quæ ab ipsis accepimus dilectionis assidua et iterata testimonia, ut et ipsis et Ecclesiæ summam gloriam conferant, et bene sperare Nos jubeant lætiores dies eidem Ecclesiæ et huic Apostolicæ Sedi orituros. Ac profecto vix æquare possumus jucunditatem solatii quod percepimus validis licet auxiliis undique destituti, intuentes egregios animorum motus et generosa studia quæ sponte excitata latius in dies propagantur inter gentes etiam remotissimas, ut Romani Pontificatus et humilitatis Nostræ causam suscipiant, dignitatem tueantur. Liberalia subsidia quæ ex omni terrarum parte ad Nos perveniunt, ut urgentibus necessitatibus Sanctæ hujus Sedis prospiciamus, et frequentia tot filiorum Nostrorum qui ad has Vaticanas ædes ex omni gente confluunt ut visibili Ecclesiæ capiti devotam voluntatem suam testentur, ejusmodi pignora animorum fidelium sunt, pro quibus pares agere gratias divinæ bonitati omnino nequeamus. Vellemus tamen ab omnibus intelligi, quod salutaris documenti loco esset, intimam vim et significationem veram peregrinationum istarum, quas hoc tempore crebro iterari videmus, quo Romanus Pontificatus teterrimum bellum experitur. Scilicet illæ non eo valent tantum ut amorem et observantiam fidelium prodant erga humilitatem Nostram, sed manifestum præbent indicium sollicitudinis et anxietatum quæ eorum corda perturbant, quod communis Parens in abnormi prorsus ac incongrua conditione versatur. Neque hæc anxietas et

sollicitudo conquiescet, imo augeatur oportet, donec in possessionem plenæ et veræ libertatis Pastor universæ Ecclesiæ restituatur.

Interea nihil magis optamus, Venerabiles Fratres, quam ut voces Nostræ ex hoc parietum septo ad ultimos terrarum fines manent, ut totius orbis fidelibus pro illustribus quæ continenter ipsi exhibent filialis dilectionis et obsequii argumentis, sensus gratissimianimi Nostri testentur. Optamus enim iis gratias agere pro pia liberalitate, qua etiam interdum difficultatis rerum suarum obliti Nobis opitulantur, agnoscentes Deo offerri quidquid Ecclesiæ tribuitur, gratulari pro magnanimitate et virtute, qua impiorum iras et irrisiones despiciunt, Nosque iis devinctos profiteri pro alacritate qua significationes sui amoris Nobis offerre student ad celebrandam anniversariam diei illius memoriam, quo ante quinquaginta annos Episcopalis consecrationis munus, licet indigni suscepimus. Nec minus Nobis in votis est, ut omnes etiam Ecclesiarum quæ late per orbem diffusæ sunt Pastores, voces has Nostras excipientes ex iis incitamentum sumant, ut significent fidelibus suis pericula, oppugnationes et incommoda quotidie graviora, quibus premimur, eosque simul certiores faciant, Nos quidem nunquam destituros, quicumque rerum exitus futurus sit, ab improbandis iniquitatibus quæ coram Nobis patrantur ; verum fieri posse aliquando cum propter leges nuper rogatas, tum propter alias quæ prænunciantur etiam sæviores, ut vox Nostra usque ad eos nonnisi rarius, et ægre admodum per interpositas difficultates possit afferri. In his tamen rerum adjunctis Pastores ipsos excitamus, ut greges suos præmoneant, ne fallacibus capiantur artibus queis homines fraudulenti veram rerum conditionem in qua positi sumus verbis invertere et deformare nituntur, sive celantes acerbitatem ejus, sive libertatem Nostram extollentes, et potestatem Nostram nemini obnoxiam esse affirmantes, dum vere rem totam sic paucis complecti possumus : scilicet Ecclesiam Dei in Italia vim et persecutionem pati : Christi Vicarium neque libertate, neque expedito plenoque usu suæ potestatis frui.

Cum res hoc loco sint, nihil opportunius ducimus, nihil cupi-

mus impensius, quam ut iidem omnes Sacrorum Antistites qui miram concordiam in tuendis Ecclesiæ juribus et egregiam in Apostolicam Sedem voluntatem suam multiplici indicio Nobis constanter probarunt, fideles quibus præsunt excitent, ut ea ratione ac ope quam jura sinunt cujusque regionis, sedulo agant apud eos qui summam rei publicæ tenent, quo accuratius gravis conditio perpendatur in qua Caput catholicæ Ecclesiæ degit, atque efficacia adhibeantur consilia obstaculis amoliendis, quæ veram ac plenam *independentiam* ejus impediunt. Quoniam autem Dei omnipotentis est mentibus lumen immittere et flectere hominum corda, non solum Vos rogamus, Venerabiles Fratres, ut fervidis apud Eum precibus hox maxime tempore utamini, sed et ipsos catholicorum omnium populorum Pastores vehementer hortamur, ut fideles sibi concreditos in sacra templa convenire curent, ubi pro Ecclesiæ matris salute, pro inimicorum Nostrorum conversione, et fine malorum tam gravium lateque patentium humiles preces ex intimo animo effundant. Excipiet, ut firmiter confidemus, orationem populi ad se clamantis Deus, cui beneplacitum est super timentes Eum, et in eis qui sperant super misericordia Ejus.

Cæterum, Venerabiles Fratres, confortemur in Domino et in potentia virtutis Ejus, atque induti armaturam Dei, loricam justitiæ et scutum fidei, præliemur strenue ac fortiter adversus potestatem tenebrarum, et nequitiam hujus sæculi. Jam certe studium omnia miscendi perturbandique eo devenit, ut torrentis instar omnia se in præceps tracturum minitetur, nec pauci ex iis qui novarum rerum auctores aut fautores extiterunt respectant conterriti, operis ipsi sui formidantes effectus. At Deus Nobiscum est, eritque usque ad consummationem sæculi. Timendum est iis de quibus scriptum est: *Vidi eos qui operantur iniquitatem et seminant dolores et metunt eos, flante Deo periisse, et spiritu iræ Ejus esse consumptos.* At Deum timentibus et certantibus in nomine Ipsius ac in Ejus potentia sperantibus misericordia et præsidium reservatum est, neque dubitandum quin cum Ejus sit causa, Ejus sit pugna, Ipse certantes adjuvet ad victoriam.

CONFÉRENCES ROMAINES.

QUÆSTIONES MORALES DE PRIMO, SECUNDO, TERTIO ET QUINTO DECALOGI PRÆCEPTIS

De quibus deliberabitur in conventibus, quos auspice viro Emo Constantino Patrizi, Episcopo Ostiensi et Veliterno, S. R. E. Cardinali, S. Collegii Decano, sacros. Patriarchalis Basilicæ Lateranensis Archipresbytero, Sac. Rituum Cong. Præfecto, et Sanctissimi D. N. PP. PII IX Vicario Generali, Romæ ad S. Apollinaris habebunt sacerdotes ex cœtu S. Pauli Apostoli diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt a mense novembri anni 1876 *ad septembrem* 1877.

MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare vel piam habere collationem debeant, meminerint illud, quod nostro in cœtu semper solemne fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda. Initium vero cœtus toto anno erit hora vicesima secunda.

QUÆSTIONES MORALES

DE PRIMO, SECUNDO, TERTIO, ET QUINTO DECALOGI PRÆCEPTIS.

I.

Die 20 Novembris 1876.

Titia a suo parocho reprehensa eoquod filium ejus protestantium scholas frequentare sinat, respondet, se id agere non solum ex necessitate temporalis auxilii, quod ipsi discipulis copiose elargiuntur, sed ex eo quod nil sit in iis, quæ illi docent, quod reprehensione dignum videatur. Magistri enim de Deo, et Jesu Christo ea ratione loquuntur qua catholicæ Ecclesiæ presbyteri, eas autem preces Christo, ut omnium redemptori, fundendas tradunt ac in libellis, quos pueris donant, addiscendas proponunt, quæ si a filio elata voce perlegantur, ipsa a lacrymis temperare non

possit. O magnam fallaciam! respondet parochus. Etenim protestantes sanctorum cultum denegant, et ipsam SSmam Virginem omnium matrem adprecari ut superstitiosum, et ipsi Christo injuriosum proclamant. Sed proterva mulier iterum ait, se a probo inter catholicos viro audivisse, non esse necessarium sanctos invocare : præsertim cum nulla fidei certitudine de eorum statu beatitudinis certi esse possimus. Nam quidquid sit de Romani Pontificis infallibilitate, eam ad Sanctos definiendos extendi non esse definitum. Cum itaque parochus pluribus erroribus, et præjudiciis imbutam Titiam agnoscat, illam ad sanam doctrinam opportuniori tempore addiscendam comiter invitat; et mulier se id facturam promittit. Interim parochus secum quærit :

1° *Utrum de fide sit sanctos canonizatos esse in cœlis ?*
2° *Utrum sanctorum invocatio sit necessaria, et præsertim SSmæ Virginis Mariæ ?*
3° *Quid Titiæ præscribendum ?*

II.

Die 4 Decembris 1876.

Bertæ filius Apostolicæ Sedi addictissimus cunctis bellis, quæ ad hujusmodi jura tuenda elapsis annis gesta sunt, libenter pugnavit. Postea vero omnibus piis operibus, quæ catholicam religionem fovent, studiosam operam navavit. Propterea tot, et tanta mala passus est, ut adhuc florente ætate, obierit in Domino. Berta quin ejus mortem defleat de ea lætatur, cum ob virtutes quibus illum pollere norat, et ob causam qua mortem oppetiit eum martyrem, et sanctum existimet. Interim in somnio eidem talia apparent quibus ejus phantasia mirum in modum recreatur : suum scilicet filium in Sanctorum numerum adscitum esse, et cœlesti beatitudine frui, ita ut exinde illa magna in eum veluti in sanctum devotione feratur. Quapropter ejus effigiem domi supra altariolum positam veneratur, flexisque genibus ejus patrocinium implorat, et non solum triduanas, vel novendiales preces cum amicis e vicinia adventantibus eidem fundit, ad ejus mortis diem reco-

lendum, sed simul quasdam preces insinuat ad calculum recitandas, juxta numerum mensium quibus ille militiam exercuerat, per quas quamlibet gratiam a Deo se consecuturam esse confidit. Præterea cupiens ut eodem die missam in templo celebretur, stipendium sacerdoti offert eumdem jubens, ut non in filii piaculum, sed potius in ejus honorem celebretur, et hujusmodi voluntati sacerdos annuit. Insuper filii capillos theca argentea inclusos vel e collo pendentes gerit, vel cum ceteris quas habet sanctorum reliquiis permiscet. Tandem iis qui sibi morem gerunt deosculandam offert filii imaginem, quam aureolis, seu radiis ornatam musivo opere expressam in capsula quadam devotissime gerit. Hæc agnoscens vir graviter pius, Apage! exclamat coram Mævia : hæc omnia superstitiosa sunt, et damnanda. His verbis ipsa scandalum passa ad suum confessarium, cui hæc innotescunt, ad solamen habendum se illico confert. Hic maturius rem perpendens secum quærit :

1° *An, et qualis cultus sanctis exhiberi possit ?*
2° *Qui cultus superstitiosus habendus sit ?*
3° *Quid de singulis a Mœvia peractis ?*

III.

Die 18 Decembris 1876, hora 3 pom.

Berta ob sui unici filii gravissimum morbum in summum mœrorem cum se dedisset, audit inventam esse artem, qua usu magnetismi animalis morbi natura, et ad illum expellendum opportuna remedia certissime cognoscuntur. Quapropter gravissimæ filii sui valetudini consulendi causa statuit ad mulierem accedere, quæ hac arte pollet. Verum cum hoc suum consilium manifestet parocho, qui ejus domum adventat, ab eo objurgatur : facturam esse rem inutilem ; mulierculæ enim hujusmodi somnambulismi, et claræ intuitionis præstigiis abreptæ, gesticulationibus non semper verecundis plurima ad deceptionem ostentant, quibus nihil veri subsit. Alia mulier quæ forte aderat parocho contradicit, et sibi non solum sermonibus, sed propria experientia sibi constare magnetizatos mira prorsus operari obtestatur. Hinc

enarrat se aliquando hac methodo gravem parentis sui morbum agnovisse, et curasse : rem furto perditam recuperasse : cujusdam qui longe aderat gesta agnovisse : uno verbo ad quæcumque postulata clare et distincte responsa exacta retulisse. Hæc omnia autem tanta honestate peracta esse protestatur, ut aliquando magnetizata a se quæsita de turpi amore viri sui, se nolle, neque posse respondere reposuerit. At parochus subjungit hæc tamen omnia illicita et hæreticalia, et scandalum contra honestatem morum esse ; quemadmodum supremum Inquisitionis Tribunal definivit. Non cedit proterva mulier et ad sui defensionem auctoritatem affert sui confessarii claræ famæ theologi, quemque honoris causa nominat, et declarat hæc et similia illum ut explorata admittere, et sibi mulieres hujusmodi consulere non raro permittere, quoties gravis causa, et nihil contra mores fieret, quemadmodum, ipsa auctoritate publica tacente, fit quoad curationem morborum. Miratur parochus a tanto theologo hæc doceri et permitti ; et proinde capta occasione cum eo colloquendi sermonem instituit de magnetismo animali quærens :

1° *Quæ criteria præ oculis sint habenda quoad existentiam hujusmodi factorum quæ in vulgus passim eduntur ?*

2° *An, quæ denegari nequeunt, omni ex parte diabolico interventui sint adscribenda ?*

3° *Quid in praxi tenendum, quidque fidelibus præscribendum ?*

IV.

Die 8 Januarii 1877, hora 3 1/4 pom.

Titius Sacerdos Europam peragrans in Angliam venit, ibique non semel interest nobilium virorum cœtibus, in quibus per levem tactum extremi digiti adstantium inter se ad modum catenæ in circuitu communicantium tabulæ in girum moventur, et imperio voluntatis sistunt, incedunt, in partemque oppositam recedunt, et interrogatæ signis statutis respondent. Hujusmodi cœtibus tuta conscientia interest, illique joco operam suam navat putans omnia in mero joco constare, meramque illusionem, a quibusdam acrioris

ingenii hominibus ad cæteros decipiendos de industria excultam. Quapropter licet mira observet, risu et cachinnis eos excipit, qui serio rem considerant, eique fidem præbent. Verum unus ex iis eum reprehendit tanquam ignarum admirabilium eventuum qui per fluxum electricum efficiuntur. Quin hæc leviora sunt, ille prosequitur, et nostra ætate fere obsoleta, cum eo deventum sit, ut cum defunctorum spiritibus familiare commercium inire quisque pro lubitu possit. Itemque asserit, se plures viros, et mulieres agnoscere, *medium* nuncupatas, quæ quibuscumque propositis quæstionibus exactissima responsa præbent: quare eum ad experiendum invitat. Titius rei veritatem probandi cupidus ad ædes sibi designatas accurrit, non sine aliquo conscientiæ remorsu, quo tamen se liberat secum animo statuens nihil acturum esse, quod divinæ legi contrarium sit: et eo fine tantum id velle, ut in fraude versari hujusmodi pythones demonstret. Accedit igitur ad *medium* et significat se in primis cupere parentibus suis defunctis colloqui. Tunc quæstiones varias *medio* proponit, et ex responsis quæ dantur, minime dubitare potest, se vere cum defunctis carissimis sermonem habere. Isti enim plura referunt aliis prorsus ignota: imo ipso eorum stylo responsa eduntur. Interrogati autem defuncti specialiter de statu suo, se esse beatos respondent, et postea filium ad virtutem colendam adhortantur, maxime vero ad beneficentiam erga pauperes, siquidem hæc, inquiunt, perfecta religio est. Hæc audiens miratus est Titius, et cum non posset denegare facta, quærit de ratione qua hæc tam mira perficiantur. Naturaliter, reponit dux ejus; et in promptu habeo argumenta, quæ si tu admittes, catholicam fidem et ipse profitebor. Titium propterea ad disceptationem hac super re ineundam, et ad novas experientias invitat. Hic valde dubitans utrum hæc omnia sibi agere fas sit, Romam statim sibi redeundum esse respondet: alter autem per epistolas hanc doctrinam posse pertractari proponit. Annuit Titius; verum cum Romæ esset, virum theologum convenit a quo quærit:

1° *An avocatio spirituum defunctorum ullo modo cum doctrina catholica conciliari possit?*

2° *An quis hujusmodi consultationibus adesse possit vel mere passive se habendo, vel excludendo ab mente sua omnem diabolicam interventionem, vel ad dæmonis confusionem scilicet ad ipsius interventum ignaris probandum ?*

3° *Quid sibi agendum ?*

V.

Di 22 Januarii 1877.

Titius musivæ artis magister Borussiam profecturus quemdam sacerdotem sibi amicitiæ fœdere devinctum salutat, eique causam sui discessus pandit. Illuc nempe se conferre ut gravia suæ artis opera perficiat, quæ ad novum et insigne schismaticorum templum exornandum requiruntur. Addit autem se habere comitem amicum, eadem de causa illuc properantem, qui in construendis organis est facile princeps. Hæc enarrat gestiens lætitia quam sacerdos compescere non audet. Verumtamen vi veritatis impulsus, invitus licet, hæc omnia illicita esse ipse proclamat. At Titius quasi illum irridens, quotannis, respondet, artifices illuc mittuntur ad hæc et similia peragenda quin nemo adhuc hanc rem reprobaverit. Similiter ubique et Romæ etiam, ea quæ ad hebræorum scholas reficiendas, et exornandas inserviunt ab artificibus catholicis, nemine reclamante, peraguntur. Quin modo templa protestantium opera plurium catholicorum, qui probatissimi habentur, nulla tamen facta prohibitione publice construuntur. At sacerdos repetit : Hoc prorsus nefas esse, et neminem ex his omnibus posse excusari. Tanta vero animi vi hæc ille profert, ut Titius quodammodo exterritus ad suum confessarium confugiat, qui, re audita, secum quærit :

1° *Quis sit sensus verborum decalogi : non facies sculptile ?*

2° *Utrum unquam liceat ad templa acatholicorum construenda, vel ornanda cooperari ?*

3° *Quid de sententia a Sacerdote prolata, quidque Titio consulendum ?*

VI.

Die 19 Februarii 1877.

Recitatur oratio de laudibus S. Pauli Apostoli, quem cœtus noster sibi Patronum adlegit.

VII.

Die 5 Martii 1877.

Titius militiæ urbanæ adscriptus, et quodam in gradu constitutus sacramentalem confessionem peragens de juramento in ipsa militia præstito se se accusat. A confessario autem accipit, se non posse absolutionem recipere, nisi in scriptis coram parocho peractam protestationem exhibeat, contra juramentum a se antea emissum, gradum item respuat vel se dimissurum promittat. Cum vero Titius hæc facere detrectet, inabsolutus discedit. Evenit paullo post, ut hujusmodi militia dissolveretur ; tunc Titius ad confessionem iterum accedit animo reputans nullam modo extituram difficultatem ; quia nec ipse esset amplius miles, et urbana ipsa militia dissoluta, juramentum nullatenus posset urgere. Sed eum fefellit opinio ; nam confessarium primæ sententiæ tenaciter adhærentem invenit. Animo quidem turbatus, at non desperans ad alium confessarium confugit, quem benevolum et indulgentem experitur. Hic ratus quod, cessato fine legis, lex cessat, eum absolvit, nullum quidem ei onus imponens, ab eo tamen exigens, ut spondeat se huic militiæ, si forte reviviscat, nomen non daturum, vel cuicumque in ea gradui renuntiaturum. Titius quod sibi contigit coram pluribus enarrat, inter quos duo presbyteri adsunt, quorum primus secundi confessarii sententiam laudat, et alter sententiam primi mordicus sustinet. Gravis proinde lis quam cum per se componere non valeant, eam viro theologo definiendam deferunt. Hic secum quærit :

1° *Utrum, et quando juramentum indebite datum retractandum sit ?*

2° *Quid si cesset finis legis qua juramentum retractandum præscribitur ?*

3° *Quid in casu de diversa confessariorum sententia ?*

VIII.

Die 9 Aprilis 1877.

Titius, et Cajus uti testes in quadam causa criminali coram judice adducti juramentum præstare tenentur. Illud tamen eis proponitur juxta methodum, seu formam in Italiæ tribunalibus nuperrime inventam favore illorum qui sanctissimum Dei nomen invocare, vel sacrum aliquid peragere abhorrent. Qui enim hæc facere recusant ad vocabulum *juro* tantummodo pronuntiandum, vi legis adigi possunt. Nihilominus judex hoc antea proclamare debet: scilicet legem prohibere mendacium, assertam veritatem velle jurejurando firmari, et juramentum ut sanctum, et religiose colendum. Hujusmodi mendacium prosequitur, esse grave facinus contra venerandam legis majestatem, et proinde pœnis statutis severe puniendum. Cum vero ipsa lex velit cujusque liberi civis conscientiæ se accommodare, etiam illorum qui Deum denegare videntur, verbum *juro* solummodo pronuntiandum super ea quæ asseruntur indispensabiliter jubet. His auditis Titius se liberum cogitatorem esse glorians verbum *juro* in legis obsequium pronuntiat. Postea Cajus dum se catholicum profitetur, negat tamen se velle juramentum, more catholicorum, emittere : se enim ita veracitatem colere, obtestatur, ut ei mendacium proferre gravissimum sit. Id enim vergeret in ejus dedecus, præsertim cum lex veritatem solemniter exigat. Addit etiam quod, si aliter ageret, videretur sibi Dei nomine, et Christi evangelio in rebus profanis abuti. Judex hæc dicteria aspernatur, et contentum se exhibet quod ille pronuntiet vocabulum *juro*. Paschatis tempore Cajus sacramentalem confessionem peragens, quod coram judice gestum est, candide enarrat, itemque declarat se tunc omnino falsum asseruisse. Confessarius dubius animo hæret utrum præter mendacium Cajo sit imputandum perjurium. Hoc vero agnoscere satagit, quia in sua diœcesi perjurium in judicio inter peccata reservata habetur. Hinc secum quærit :

1° *Quid requiritur ad juramentum constituendum ?*

2° *Quid importat lex nuperrime in Italia introducta quoad juramentum judiciale ?*

3° *Quot et qualia peccata Cajus admiserit ?*

IX.

Die 23 Aprilis 1877.

Titius rem frequenter habet cum consanguinea quam zelotipia ductus sæpe jurare adigit, se cum nemine fovere amorem. Ut tandem conscientiæ ambo consulant apostolicam dispensationem ad matrimonium contrahendum postulant, at in precibus copulam inter se habitam consulto reticent. Rescriptum favorabile curiæ episcopali exhibetur, ut verificatis expositis, decretum executoriale concedatur. Vicario Episcopi mos est interrogare super exposita oratores, etiam juramento interposito. Hac de re admoniti sponsi confessarium consulunt, qui eos docet posse libere jurare, nullam intercessisse inter eos copulam mente retinentes, illam admissam cognoscere, sed non ad revelandum. Contractis vero nuptiis Titii zelotipia, ex eo quod plures uxorem colant, adeo excrevit, ut sæpe ab ea expostulet juramentum se cum nemine rem habuisse. Mulier a jurejurando se excusat, quia confessarius eam admonuit non esse temere extra judicium jurandum. Verumtamen vera causa, qua ipsa jurare renuit, ea est quia cum juvene turpem fovet amorem. Hujusmodi responsiones Titii suspiciones ita augent, ut die quadam arrepta Crucifixi imagine, eaque oblata uxori ipsam jubet, ni velit divortium, super crucem jurare. Non territa mulier, sed recolens quæ confessarius eam docuerat circa intentionem in juramento Vicario præstando, simili intentione, qua tunc coram eo juravit ad mariti iram compescendam libentissime jurat. Tempore paschali confessionem apud alium confessarium peragens, se pluribus perjuriis gravatam audit. Cum vero prævideat futurum ut jurandi occasio facile renovetur ad primum confessarium redit, qui ad eam edocendam secum quærit :

1° *An et quando jurare liceat ?*

2° *An juramentum amphilologice dari queat sive in judicio sive extra judicium ?*

3° *Quid de casibus mulieris, quidque illi consulendum ?*

X.

Die 7 Maji 1877.

Titius confessionem sacramentalem peragens se pluries blasphemasse fatetur. Interrogatus a confessario quasnam proferre blasphemias solitus esset, reponit se numquam Dei, sanctorumque nominibus maledixisse, sed exclamare solitum : *mannaggia l'anima tua, tutto il mondo, li morti.* Addit vero se non raro inter jocandum ira percitum quasdam blasphemias meditatum fuisse, easque intra se adprobasse, puta quod Deus injustus sit, et personarum acceptor ; attamen ne scandalum daret, nihil ore protulisse, sed ea intra se continuisse : solummodo aliqua vice dum rediret domum, et adhuc iracundia arderet verba illa, antea mente concepta, quod scilicet Deus injustus sit, submissa tamen voce repetiisse. Confessarius hæc audiens declarat se illum non posse absolvere, quia in blasphemias hæreticales inciderat. Titius obtestatur se, abhorrere ab hujusmodi erroribus, quos neque in aliis patitur : nam blasphemantes, si quos audit, aspernatur eosque objurgaret, nisi jurgia et lites timeret. At nescis ne, confessarius ait, ad Inquisitionem vel Episcopum eos ab audientibus esse denuntiandos ? Miratur hanc sententiam Titius, sibique impossible hoc opus videtur. Etenim oporteret fere omnes incusare cum passim hac ætate in fidem catholicam, in Romanum Pontificem, in ipsum Christum divinaque omnia, a plerisque maledicta erroresque evomantur. Itemque animadvertit se putare eos non ex animo et pravitate mentis, sed ex ira et excandescentia blasphemias proferre, si præsertim viri sint qui religionem præseferant, ceteros vero qui incredulos se esse gloriantur, licet ex animo blasphement, accusare rem inutilem fore. Confessarius hæc aspernatur, et in imponendo denuntiationis onere, et in deneganda absolutione adhuc insistit. Quæritur :

1° *Quid sit blasphemia, quotuplex ?*

2° *Utrum blasphemus absolvi possit a quolibet confessario ?*

3° *An et quando, et præsertim in præsentiarum blasphemus sit denuntiandus ?*

XI.

Die 28 Maji 1817.

Titius corruptis moribus vir graviter infirmatur, et legatum pium de missa bis in hebdomada celebranda se instituturum vovet si convalescat. Proponit etiam se castitatem perpetuo servaturum, sed cum prævideat non facile fore id excutioni demandare, nisi illis omnibus adminiculis sustineatur, quibus viri cœnobitæ ex regula quam profitentur facile reguntur, votum vovet aliquam religionem ingrediendi, ibique solemnia vota nuncupandi. At sanitati restitutus turpia quædam admittit, quorum statim pœnitens ad confessionem peragendam accedit, et confessario suam conscientiam sincerissime aperit. Hic judicat ejus vota fuisse nulla utpote de materia impossibili, et inutili. Cœnobia enim, ipse animadvertit, suppressa sunt, et cœnobitæ in sæculo vivere adiguntur. Legati autem pii si instituantur, statim illos gubernium destruit tertiam partem bonorum sibi retinendo, et reliquam hæredibus legantis consignando, remoto onere de missis celebrandis. Hæc audiens Titius se saltem votum castitatis in sæculo perpetuo servandæ emittere velle declarat. Huic proposito se confessarius opponit, qui optime judicat talem esse Titii indolem, et conditionem, ut satius illi sit matrimonium contrahere. Nihilominus Titius, spreto confessarii consilio, votum de castitate perpetuo servanda emittit. Post aliquod tempus perdito amore captus erga puellam, qua abutitur, matrimonium cum eadem contrahere cupiens ad eumdem confessarium consilii capessendi causa redit. Hic re audita : quod prævideram, inquit, en accidit. Jure asserebam de castitate tibi non esse de bono meliori, et possibili. Si igitur uxorem ducere cupis, libere age, sed interim de admissis facinoribus te pœniteat. Adveniente itaque die matrimonii, Titius apud alium confessionem peragit, qui ex ea cuncta apprehendit super quæ primus confessarius judicium protulit ; et suspicans an ille recte se gesserit, secum recolit.

1° *Quæ materia voto apta sit ?*

2° *An et quæ vota possint dispensari ?*

3° *Quid modo agendum ?*

XII.

Die 9 Julii 1877.

Titius, et Cajus in furto socii e domo presbyteri cujusdam ecclesiæ rectoris plures et graves res auferunt, easque in contiguo templo abscondunt eo animo, ut summo mane diei insequentis illas liberius secum deferant. Verum Titius contra Cajum furtum meditans, effracta noctu sacristiæ janua, omni re potitus est. Capta insuper occasione tobaleas quæ sunt super altaria, et quædam peripestamata ab ipso rectore ad exornandum in proxima solemnitate templum in ecclesia servata surripit. Interim templi ædituus e somno excitatus in sacrarium descendit, et furem fugientem arripit, detinetque. Inter se dimicantes in ipso templo alter alterum vulnerat. Adeo tamen ædituus prævalet, ut furem in sacristia sistere cogat. Interea magnis clamoribus milites advocat, dum fur asyli jus instantissime implorat. Sed rector ecclesiæ qui forte advenit, ejus precibus spretis, eumdem in publicam viam violenter expellit. Facta postea hora celebrandæ missæ, dubius utrum licite, post ea quæ evenerant, id facere posset, secum quærit :

1° *Quid sit sacrilegium locale ?*
2° *Utrum et quot sacrilegia quilibet admiserit de quo in casu ?*
3° *Utrum in aliquam censuram ipse inciderit ?*

XIII.

Die 25 Junii 1877.

Titius divitiis affluens, licet non male sentire de religione videatur, tamen ex fundis sive urbanis sive ruralibus, quibus ecclesias, et religiosorum communitates gubernium expoliat, unum vel alterum ab hasta publica emit : causatus se id facere, ne in manum Ecclesiæ hostium illi deveniant. Majori vero animi alacritate illos acquirit, quos jam venditos emptor iterum vendere cogitur. Nec satis cœnobiorum suppellectiles, nempe pictas tabulas, sedilia, et aliquando vinum et frumentum in iis repertum in publico mercatu expositas absque ullo scrupulo acquirit. Cum vero quod-

dam ejus rus contiguum sit ruri cujusdam parochi, nullum non movet lapidem ad illud obtinendum, oblato eidem pretio ultra summum ex peritorum extimatione constitutum. Sed frustra : parochus enim renuit, cum fundus ille sacrum ejus patrimonium, omnesque fructus sui beneficii constituat. Hinc Titius ut eum ad venditionem adigat, ope cujusdam furis, ab eodem subtrahit magnam pecuniæ vim, quam tamen ipse sciebat ex levi parte parochi esse propriam, reliquam vero constare ex eleemosynis pro missis celebrandis manualiter collectis, et ex quodam deposito pro instituenda opportuno tempore ecclesiastica cappellania. Cum neque hac industria parochi constantiam flectere valeat, tanta ira percitus est, ut agrum illius segetum plenum, domumque in eo existentem incendere, et destruere satagat. Post tot facinora tandem graviter decumbens Deo favente ad bonam frugem redit. Tunc confessionem generalem instituens omnia confessario enarrat, se simul ad omnia damna resarcienda paratum exhibendo. Sed confessarius eumdem admonere cupiens de sacrilegiis admissis, dubitat utrum revera tot sacrilegia sint quot actus. Hinc secum quærit :

1° *Quid sit sacrilegium reale?*
2° *Quæ res ut sacræ haberi debeant?*
3° *Quid de Titio dicendum quoad singula in casu?*

XIV.

Die 9 Julii 1877.

Titius optimæ spei adolescens, et valde pius ad obtinendum quam citius Ecclesiæ triumphum una cum pientissima matre de jejunio qualibet in hebdomada servando votum emittit. Cum vero inserviendi Romano Pontifici desiderio feratur alterum votum, militiæ, quæ vulgo palatina dicitur, suum nomen opportuno tempore se daturum, matre hortante, vovet, licet nondum duodecimum ætatis annum ipse explevérit. Ejus pater tam bonum propositum laudat. Quapropter ille statim ac ætatem attigit, qua illud munus exercere capax sit, patrem adprecatur, ut inter illos milites se adscribi sinat. Huic vero suum assensum neganti in memoriam

revocat, se emisso voto ad illam militiam exercendam urgeri, sed frustra. Accedunt proinde pientissimæ ejus matris preces, quæ pariter in viri sui memoriam reducere satagit, si forte id oblitus fuisset, se simul cum ipso tunc temporis confirmasse quod filius tam pie et religiose promiserat. Hac autem occasione arrepta, eadem pandit se, filiumque altero voto ligari de peregrinatione ad lauretanam domum facienda, ut debitas gratias Deo redderent pro recuperata ipsius filii sanitate post morbum qui elapso anno gravi mortis periculo eum exposuerat : simulque postulat, ut antequam filius militiæ adscribatur hanc peregrinationem exequi possint. At ille firmo animore ponit se, ea auctoritate quam omnia jura sibi concedunt, hæc et quæcumque alia eorum vota irritare. Cum neque mater; neque filius ejus animum flectere valeant, ad pacem in familia servandam, totam rem silentio interim præterire statuunt. At paucis post mensibus pater diem supremum obit. Tunc hæredes pluribus negotiis distracti, ob innumera bona quæ ex hæreditate sibi obvenerant, haud amplius de suis votis cogitant. Sed tandem aliquando cuidam confessario omnia enarrant, ut sciant utrum ad sua hæc vota implenda teneantur. Hic secum quærit :

1° *Quid voti irritatio, quique illud irritare possit ?*
2° *An matris et filii vota ut in casu irrita fuerint ?*
3° *An, et quæ mortuo patrefamilias reviviscant ?*

XV.

Die 30 Julii 1877.

Berta pientissima fœmina votum ediderat in singula sabbata sacram invisendi imaginem, miraculorum fama celeberrimam, quæ in templo quodam asservabatur, quod dimidiæ horæ spatio a suo domicilio distabat. Post aliquod tempus hujus itineris pertæsa votum istud in jejunium sabbaticum propria auctoritate commutare posse sibi visum est. Cum autem vires ad jejunium servandum non suppeterent, illud in missam quotidie audiendam denuo commutat. Sed cum propter novissima negotia nullum tempus ad hoc ei esset reliquum, adit confessarium ab eoque petit ut illud votum in hebdomadariam confessionem commutet. Facilis ille annuit,

subjungens hoc ad cautelam se agere ; nam sibi persuasum habebat ejus vota jam bis cessasse ; quando scilicet jejunium peragere, et missam audire impossibile evaserat. Per aliquot menses mulier votum, ut confessarius statuerat adamussim implet, sed una aut altera hebdomada, cum dies esset pulcherrima, potius quam confessionem peragat ad illam invisendam imaginem, cujus gratia votum ab initio fecerat, pergere satius duxit. Hæc tamen enarrans confessario, ut causam exponeret qua infra hebdomadam confessionem omiserat, audit hoc fieri ab ea non potuisse. Mulier ægre ferens hoc judicium, ad alium accedit totamque rem ab initio exponit. Hic secum quærit :

1° *Quid sit commutatio voti et quotuplex ?*

2° *Quid juris quando propria, vel quando Superioris potestate commutatur ?*

3° *Quid de agendi ratione Bertæ, quid de confessarii judicio ?*

XVI.

Die 13 Augusti 1877.

Titius parochus cum suo amico presbytero duos miserrimos casus lamentatur qui ipsa die in sua parœcia evenerunt. Summo scilicet mane honesta mulier e fenestra se projicit et brevi moritur, et tamen vix asserere valuit, se id fecisse ad invasorem suæ pudicitiæ evitandum, licet tali modo se ab illo liberando gravissimum, imo certum amittendæ vitæ periculum prævidisset, pro certo habens melius esse mori quam fœdari. Similiter vir catholicus, et in religionis operibus satis fortasse diligens, quem primis matutinis horis in parochiali templo missam audire quidam viderunt, domum reversus clauso cubiculo violentas sibi intulit manus. Eum autem ingenti ære alieno gravatum fuisse, ejusque negotia nonnisi cum sua infamia et familiæ pernicie componi potuisse noscitur ex epistola, quam antea conscripserat, in qua insuper suam spem declarat familiam majorem a creditoribus commiserationem, ipso defuncto, esse consecuturam. Proinde veniam de facinore quod erat admissurus postulat, omnesque, ut ejus animam Deo commendent enixe adprecatur. His enarratis Titius du-

bius hæret quid sentiendum sit de eorum morte, et quomodo se gerere debeat quoad eorum funus et sepulturam. Huic amicus respondet, mulierem nullo modo fuisse suicidam, sed potius martyrem castitatis. Quoad alterum vero eum suicidii quidem reum fuisse, sed ex Benedicti XIV doctrina, qua nempe in viro catholico id semper ex dementia provenire præsumptio sit, nullum esse dubium quin tum funus tum sepultura catholico more ei possit concedi. Hujusmodi sententiæ non acquiescens parochus, rem judicandam Vicario generali defert. Hic secum quærit :

1° *An unquam liceat sibi mortem inferre ?*
2° *Utrum uterque casus, ut exponitur, sit vere suicidium ?*
3° *Quid jura statuunt quoad suicidarum sepulchrum, quidque modo peragendum ?*

XVII.

Die 27 Augusti 1877.

Duo fures simulato amicorum nomine ruralem Titii domum ingressi armata manu aut vitam, aut pecuniam exquirunt. Perterritus aureorum supra ter centum latronibus offert qui subito fugam arripiunt. Statim ac ostium clausum est, Titius accepta ignea fistula e fenestra exclamat : me miserum. . . . . auxiliemini mihi. . . . . latrones omni bono me expoliarunt. Hujus clamore commotus Cajus Titii amicus et finitimæ ecclesiæ cappellanus cum ignea fistula suæ domus fenestræ insistit. Interim egredientibus latronibus pecunia oneratis Titius una cum Cajo exclamat : deponite furtum, si vitam servare vultis. Illi admonitionem aspernantes, et surdos se simulantes fugere pergunt : hinc isti ballistas igneas explodunt et unus e furibus mortuus occubuit. Facti tamen pœnitentes ad parochum urbis accedunt qui, re audita, secum quærit :

1° *An liceat occidere invasorem bonorum, vel ea sint propria vel proximi ?*
2° *Quamdiu perdurare potest invasio rerum ?*
3° *Utrum Titius et Cajus rei sint homicidii in foro conscientiæ : et præsertim an Cajus irregularis evaserit ?*

XVIII.

Die 3 Septembris 1877.

Titius vir pietate et religione præstans, qui primos obtinet in militia gradus, a Cajo antiquo æmulo suo sæpe impetitur his verbis : principia catholicæ religionis favere ignavis, qui enim alapam accipit debet percutienti aliam maxillam præbere. Ex eo igitur fieri autumat, ut Titius duellum illicitum dictitet, quia nullius animi viri est. Itaque Cajus ad commilitones conversus Titium indigitat, eum ex illis esse quibus impune alapæ impingi possunt. His concitatus Titius supremum ducem adit, eique rem exponit, a quo hæc audit : tu vero in simili casu duellum recusas ? Miles ne an potius monachus existimaberis ? Leges patriæ et militiæ id permittunt; una hæc ratio est æmulorum procacitatem retundendi. Titius his non contentus præsbyterum quemdam consulit, qui eum docet, duellum equidem prohibitum esse : videri tamen cum tanto honoris dispendio leges ecclesiasticas non obligare : admitti propterea posse quoties illud aggrediatur cum animo comprimendi alterius procacitatem, qui in militiæ gradu inferior sit. Quadam vero die cum Titius juxta morem a Cajo esset irritatus et ad duellum provocatus : Eja, ait; videamus utrum vir religiosus valeat corrigere impudentis linguæ hæreticæ procacitatem, illumque statim aggreditur. Cajus respondet : non est hic locus aptus, exeamus hinc : eum sequitur Titius et multis spectantibus pugnant, et in pugna Cajus succumbit. Quæritur :

1° *Quid sit duellum et quale per Ecclesiæ sanctiones pœnis, et quibus pœnis, mulctatum ?*

2° *An hoc certamen verum duellum dici debeat ?*

3° *An in pœnas contra duellantes inciderit aliquis, ut in casu ?*

CONFÉRENCES ROMAINES.

QUÆSTIONES CÆREMONIALES DE PŒNITENTIÆ, EXTREMÆ UNCTIONIS ET MATRIMONII SACRAMENTIS,

De quibus deliberabitur in Academiæ conventibus, quos auspice viro Emo Constantino Patrizi Episcopo Ostien et Veliternen. S. R. E. Cardinali, Sacr. Card. Coll. Decano, sacros. patriarchalis Basilicæ Lateranensis Archipresbytero, Sac. Rituum Cong. Præfecto, et Sanctissimi Domini nostri Pii PP. IX Vicario generali, Romæ in Ædibus presbyterorum Missionis prope Curiam Innocentianam habebunt sacerdotes e cœtu collationum spiritualium diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt.

MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam habere collationem debeant, meminerint illud quod nostro in cœtu semper solemne fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda. Initium vero cœtus toto anno erit hora vicesima secunda.

QUÆSTIONES CÆREMONIALES

DE POENITENTIÆ, EXTREMÆ UNCTIONIS ET MATRIMONII SACRAMENTIS.

DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ.

I.

Die 22 Novembris 1876, hora 3 a meridie.

Dum postremis superioris anni diebus, occasione majoris Jubilæi, exercitia spiritualia populo frequentissimo non ignobilis terræ tradebantur, accidit, ut confluentibus ibidem ex finitimis oppidis innumeris fidelibus præsertim sexus fœminei, sedes pro istarum confessionibus excipiendis impares omnino redderentur. Hinc Laurentius ecclesiæ loci plebanus, ne quamplurimæ earum pio frustrarentur desiderio, vel, non absque incommodo aut peri-

culo, e suis domibus procul abesse plus æquo cogerentur, opere subitario in aditu turris sacræ, in sacrario et in choro, sedilia extrui curavit ; ita nempe comparata, ut inter sedem confessarii et pœnitentes tabulæ quædam variis rimulis instructæ apponerentur. Cum autem hac etiam ratione nec satis quidem fieret concursui, per plures horas ante auroram vel post solis occasum earum confessiones excipi, nonnullis hac illac per ecclesiam lampadibus dispositis, ultro posse judicavit. Verum utrumque Laurentii consilium acriter carpit Angelus vir regularis, utpote Romano Rituali minime consonum ; eo vel maxime quod hujusmodi sedes in abdito et remoto loco positæ, reverentiæ et decori sacramento debitis, haudquaquam satis consulerent. Ast ex consimili more in asceteriis oblatarum mulierum vel puellarum conservatoriis, nec semel, nec uno tantum loco, in iisdem adjunctis servato, Laurentius suam mordicus tuetur sententiam.

Quæritur :

1° *Quœnam juxta vetustam Ecclesiæ disciplinam circa locum et tempus, in administrando Pœnitentiæ sacramento, servari solitum vel præscriptum fuerit* ?

2° *Quid circa eadem in præsentiarum cautum sit : quæque vis harum sanctionum : et num, et quibus de causis liceat ab iis aliquando recedere ?*

3° *Quodnam ergo judicium ferendum sit de Laurentii agendi ratione omnibus inspectis circumstantiis, de quibus in casu : quidve in praxi tenendum in similibus rerum adjunctis* ?

II.

Die 6 Decembris 1876, hora 3 a meridie.

In cœtu quodam ecclesiasticorum non leviter disceptatum fuit de usu in plerisque diœcesis cujusdam terris et oppidis jam ab aliquot annis inducto, quo fit, ut sacerdotes in excipiendis Christifidelium confessionibus in ecclesia vel sacrario, nec superpelliceum nec stolam deferant, eoque minus bireto utantur : in domibus vero ægrotantium præsertim angustioribus, ne aliquid a cæteris de familia audiri possit, nullo habitu respectu ad sexum

ægrotantis januas cubiculi obserare solent. Quidam enim negligentiæ tantum notam hujuscemodi consuetudinibus inurebant, alii vero e contra non solum graviter eas carpebant, quinimo censuris obnoxias esse judicabant. Quæstionem ultro protrahentibus, alter ex iis Ludovicus adjicit, se plus semel vidisse sacerdotes confessiones virorum præsertim secum assidentium excipientes, neque ab istis ut ensem eo in actu deponerent exigentes : qui insuper e sua sede confessionali ostiolum adhærens aut velum appensum in anteriori ipsius parte abstulerant, dicentes nullibi ea præscribi, et sufficere ut confessarius oculos suos caute custodiat. Hæc ulteriori disquisitioni ortum præbuere : sed ut omnis componeretur controversia Lælio neopresbytero elucubrationem exarandam constituunt, hisce propositis quæstionibus :

1° *Num prioribus Ecclesiæ sæculis peculiarem ritum exteriorem tum administrantes tum suscipientes Pœnitentiæ sacramentum servare tenerentur ? Quid vero de eo hodierna disciplina determinet, præsertim pro diœcesibus in romana provincia comprehensis ?*

2° *An liceat aliquando absque superpelliceo, stola et bireto hujusmodi sacramentum administrare ; mulierum vero ægrotantium confessiones, januis cubiculi clausis, excipere ?*

3° *Quid sentiendum de variis consuetudinibus in casu propositis ; deque diversis circa eas sententiis, prout ibidem exponitur ?*

III.

Die 20 Decembris 1876, hora 3 a meridie.

Petrus ætate jam provectus ex medico nuper presbyter factus, ut in curandis animarum morbis utilius ingenium et operam suam impendat, totus in eo est, ut quænam sint partes quive modus ministerii reconciliationis, quamprimum a se exercendi, sedulo ac diligenter addiscat. Ast dum auctorum commentaria in Romanum Rituale evolvit, non levi admiratione corripitur inspiciens tot et tam varias absolutionis formulas, quæ in vetustis et recentibus Ritualibus reperiuntur ; nec non disparitatem sententiarum circa plurima quæ praxim hujus sacramenti comitantur.

Quidam enim, aliis aliter sentientibus, necessariam arbitrantur tum manus dexteræ confessarii impositionem super caput pœnitentis in actu absolutionis, tum prolationem verbi, *Deinde*, in ejusdem absolutionis forma, quod in plurihus codicibus ritualibus diverso charactere impressum exhibetur. Alii precationem illam, *Dominus sit in corde tuo etc.* et *Confiteor* arbitrio confessarii et pœnitentis relinquunt, quidam vero exigunt. Nec desunt, qui sola consueta forma absolutionis pœnitentes etiam apostatas, hæreticos, schismaticos, imo et irregulares a quovis censuræ vel irregularitatis vinculo, obtenta prius facultate, absolvendos esse existimant, contra nonnullos qui non solum fidei professionem et errorum abjurationem penes confessarium faciendam præexigunt, sed et peculiarem formulam, e Rituali Romano depromptam, pro eorumdem absolutione omnino requirunt. In tot et tam oppositis sententiis anceps hærens Petrus, Augustinum sacerdotem in liturgicis disciplinis apprime peritum adire satius ducit, eique sequentia dubia proponit :

1° *Quid dicendum de absolutionis sacramentalis forma apud Latinos et Græcos a priscis et subsequentibus Ecclesiæ sæculis usque in præsentiarum? Num eadem semper extiterit, et absolutionem a censuris eidem præscriptum fuerit esse præmittendam ?*

2° *An mos imponendi manum super caput pœnitentium vetus sit in Ecclesia ; et num hodie, sicut et verbum* Deinde, *necessario adhiberi oporteat in collatione hujus sacramenti ?*

3° *Quænam regulæ servandæ in absolutione a censuris vel dispensatione ab irregularitate ab eo qui hujusmodi facultate potitur, etiams i agatur de casu ad forum exterius jam deducto ?*

4° *Quid tandem sentiendum circa cæteras quæstiones in casu propositas ?*

DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

IV.

butio a Christifidelibus facta ; quæque summam adeo ingentem constituit, ut plurium centenarum Missarum eleemosynas facile exæquet. Et hisce omnibus addendum est quod forsan huic rei haud acquiesceret plurimorum contribuentium voluntas, quatenus rite edocerentur animabus in purgatorio existentibus melius provisum iri, si plures Missæ etiam extra unicum diem Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum in eorumdem suffragium applicarentur, distributa nempe illa pecuniæ summa in plures eleemosynas juxta taxam diœcesanam.

Ante sæculum decimumtertium opinio quidem inoleverat quod sacerdos unico sacrificio satisfacere posset pro pluribus, a quibus consuetam accepisset eleemosynam. Nonnulli theologi, quamvis Sacrificii fructum quoad effectum finitum esse faterentur, censebantur tamen quod illud pluribus applicatum, æque singulis prodesset, ac si uni tantum applicaretur ; instar radii solaris, qui, quamvis finitus sit, æque tamen in unum ac in multos sese effundit. Quam sententiam damnaverat Concilium Lambethense celebratum anno 1282, cap. 2, decernens : *Nec credat celebrans se dicendo Missam unam posse satisfacere pro duobus, pro quo utroque promisit specialiter, et in solidum celebrare..... Absit enim ne a quoquam catholico credatur tantum intentione prodesse Missam unam devote celebratam mille hominibus, pro quibus forsan dicitur, quantum si mille Missæ pro eis devotione simili canerentur. Licet ipsum sacrificium, quod est Christus, sit infinitæ virtutis, non tamen in Sacrificio suæ immensitatis summam plenitudinem operatur. Alioquin pro uno mortuo nunquam oporteret nisi unam Missam dicere. Operatur enim in ejusmodi mysteriis distributione certa suæ plenitudinis, quam ipse eisdem lege infallibili alligavit.* Harduin., tom. 7, Col. 862.

Initio sæculi 16 nondum erat omnino abolita ejusmodi sententia ; ideoque tum Urbanus VIII in suis decretis anno 1626 promulgatis, tum S. C. Congregatio aliis decretis editis die 25 jan. 1659 et 12 Decembr. ejusdem anni illam profligarunt.

Quapropter indubitatum videtur quod remedium aliquod sit adhibendum contra consuetudinem introductam apud plures Americæ diœceses ; quinimo neque incongruum videri, saltem ad cautelam, exorandum esse SSmum ut condonare velit quid-

quid in ea re temere fortasse in antecessum actum fuerit. Neque pro futuro tempore sufficere posse videtur cautela illa, quæ proposita affertur in quisbusdam diœcesibus statuto synodali ; ut nempe Missionarii singulis annis debeant diligenter fidelibus aperire quod unica illa Missa cantatur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum pro tota illa pecunia quæ contribuitur. Nam per eam cautelam neque omnes fideles offerentes rem noscere queunt ; neque retineri potest quod positum sit in communi Episcopi potestate statuere posse per ejusmodi manifestationem pro eleemosyna unius Missæ cantatæ tantam pecuniam sic contributam applicari. Tutior fortasse videretur ratio, si perpetuo in templo Tabella exponeretur, quæ declararet talem esse usum illius pecuniæ quæ a fidelibus contribuitur. Hoc enim pacto cuivis res tota innotesceret, et quisquis, prout eidem libuisset, obsecundare suæ pietati posset.

Ea quæ consuetudini favere videntur. Verumtamen quum ejusmodi consuetudo offerentibus aliquo modo innotescat, haud videretur absolute prohiberi posse ; præsumitur enim fideles consentire ut pro tota illa pecunia cantetur unica Misssa in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. Missionarii illius regionis, qui etiam curam animarum habent, forsitan indigent auxilio sive pro se, sive pro pauperibus; et fideles divites, hoc in adjuncto, ingentem eisdem pecuniæ vim offerunt : quæ elargitio potius dici posset oblatio juxta Cap. *Quia Sacerdotes*, 13, Caus. 10, quæst. 1 : *Nisi aliter constet de voluntate et intentione offerentis, oblationes fieri censentur Parocho ratione curæ animarum, administrationis Sacramentorum et aliorum divinorum.* In themate autem pronius præsumi posse videretur intentionem offerentium talem esse, ut pro unico sacrificio in die assignato pecuniam totam offerant. Affabre ait Rota decis. 37, part. 5, tom. 1, n. 13, Recent. ibi : *De primo ad ultimum in materia oblationum attendenda est legitima locorum consuetudo et mens seu voluntas offerentium.* Barbosa, *De Offic. et Potest. Parochi*, part. 3, cap. 24, n. 31; et *Jus Eccl. univers.*, lib. III, cap. 23, n. 31.

Insuper consuetudo, de qua agitur, nullam injustitiam, nul-

lamque injuriam in se continet; etenim omne pactum justum et licitum haberi debet, quoties inter utramque partem dolus aut circumventio non intercesserit. Quinimo cum agatur de causa pia, potius conservanda esset consuetudo illa quam abolenda. Siquidem per eamdem consuetudinem offerentibus nullam inferri injuriam nullumque præjudicium animadvertit Tambur. in *Method. celebr. Miss.*, lib. 3, cap. 1, *De stipend. Miss.* § 3, n. 8, fol. 465, observans in istis terminis offerentes eleemosynas non esse invitos, quod prohibitum est in *Decretis dd. Summ. Pontificum*, juxta verba illa Tamburini : « Rogas : quid si aliqui etc. dent singuli integra stipendia, et sint contenti unica Missa, licebitne sacerdoti illis acquiescere? Respondeo cum Marchino etc. Licebit, quia volenti non fit injuria. Instas. At id S. Congregatio vetat. Respondeo. S. Congregatio supponit offerentes eleemosynam esse invitos. Cæterum si consentiant, erit perinde ac si ex mera liberalitate pinguem eleemosynam elargiantur. » Cui, præter alios, concordat Fagnanus, in III libr. Decretal. *De sepult.* cap. *Fraternitatem*, n. 88, ibi : « Quilibet potest cedere juri suo consentiendo, ut Missa non dicatur pro se solo; sed pro se et aliis simul, et talis cessio, licet expresse non fiat in casu proposito, tamen rationabiliter intelligenda est fieri implicite, non solum in animo ejus qui se obligat, sed etiam illius cui fit obligatio, dummodo ille, cui fit obligatio, bene noverit *consuetudinem Ecclesiæ*. »

Quantitatem eleemosynæ præfiniri S. Concilii Congregatio semper Episcoporum prudenti judicio reliquit ; dum nequeat in hac re certa et universalis regula retineri; dum alibi major, alibi minor ea esse debeat juxta locorum et temporum circumstantias. Attamen per ejusmodi taxationem Sacerdotes haud vetantur pinguiorem accipere eleemosynam a sponte dantibus ; ceu innuit Bened. XIV, *De Synod. Diœc.* lib. 5, cap. 9, n. 2: « Nec Regulares tamen nec sæculares prohibentur uberiorem stipem a sponte dantibus accipere, dummodo absit dolus, et quodcumque pactum, etiam implicitum.... Quod si homines divites majus stipendium quam lex, aut consuetudo præscribit, gratis et

spontanee darent sacerdoti, illud legitime posset accipere sacerdos. »

Quibus prænotatis remissum fuit EE. CC. prudenti judicio resolvere quonam responso dimittenda essent dubia Episcopi Diœcesis R.

Resolutio. Sacra Concilii Congregatio, causa discussa sub die 13 Maii 1876, respondere censuit : *Dilata et exquiratur votum Consultoris*. Sub die vero 27 januarii 1877, eadem S. C. Congregatio, audito Consultoris voto, sequens dabat responsum : *Nihil innovetur : tantum apponatur tabella in Ecclesia, qua fideles doceantur, quod illis ipsis eleemosynis una canitur Missa in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum.*

DÉCISION DE LA S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES TOUCHANT LES CONFRÉRIES DU ROSAIRE.

CAMERACEN.

12 *Februarii* 1877.

Super confraternitatibus sanctissimi rosarii. Sacerdos L. Rector parœciæ de T. Archidiœcesis Cameracensis in Gallia octo proposuit enodanda dubia S. C. Indulgentiarum. Duo priora, quorum alterum Confraternitates in genere respicit, alterum ad SS^mi^ Rosarii Confraternitates in specie sese refert, deprompsit orator ex decreto S. C. Indulgentiarum edito die 2 Augusti 1760; quod est sequentis tenoris : « Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne concessit ut Confratres et Consorores cujuscumque Confraternitatis seu Sodalitii aut Congregationis ubique locorum existentis, dummodo sit auctoritate ordinaria erecta, aliqua corporis infirmitate laborantes, vel carceribus detenti eisdem omnibus et singulis Indulgentiis, quibus gaudent cæteri Confratres et Consorores, gaudere possint et valeant ; ita tamen ut omissa visitatione ecclesiæ, alia pia opera injuncta, quæ pro viribus peragere poterunt, fideliter ac devote exequantur. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari in perpetuum, et *ad preces* cujuscumque Sodalitii, Confraternitatis, seu Congregationis concedi absque ulla Brevis expeditione. Die 2 Augusti 1760. »

Alia sex dubia, quæ potissimum SS^mi^ Rosarii Confraternitates respiciunt, hausit orator ex summario per S. C. Indulgentiarum recognito et approbato die 18 Septembris 1862, nec non ex Brevi Innocentii XI diei 31 Julii 1679, incip. *Nuper pro parte*. Dubia autem, quæ concinnata fuere, sunt quæ sequuntur.

I. Utrum Confratres et Consorores cujusque Confraternitatis tunc existentis facultate in præfato Decreto impertita gaudere possint et valeant, sine recursu ad S. Sedem, vel ad hoc dictus recursus sit necessarius ex verbis sequentibus dicti Decreti : *Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam... ad preces cujuscumque Sodalitii concedi?*

II. Et quatenus affirmative ad primam partem dubii primi, utrum Confratres et Consorores Sodalitatis SS^mi Rosarii, ex speciali S. Sedis facultate, post decretum præfatum ab Ordinario loci erectæ cum participatione omnium ac singularum Indulgentiarum ac aliarum gratiarum spiritualium, quibus ditata Archiconfraternitas hujusmodi Romæ erecta ante dictum decretum, gaudere possint et valeant facultate in hoc Decreto concessa?

III. Utrum recitatio Rosarii integri in qualibet septimana requiratur ad consequendas Indulgentias Archiconfraternitati Romæ erectæ impertitas tam pro dicti Rosarii recitatione, quam pro aliis operibus, ita ut omissio Rosarii integri in septimana officiat consecutioni Indulgentiarum pro aliis quibuslibet operibus piis concessarum, nempe : pro communione in ecclesia Confraternitatis in prima Dominica cujuslibet mensis, pro comitatu processionis SS^mi Rosarii tam in præfata Dominica, quam in septem festis B. M. Virginis, pro visitatione Capellæ seu Altaris B. M. Virginis in Dominica prima cujuslibet mensis, in quinque præcipuis festis B. M. Virginis ac aliis diebus et cæteris similibus piis operibus? Vel recitatio Rosarii integri in septimana requiratur tantum ad assequendas Indulgentias recitationi Rosarii adnexas, minime vero ad lucrandas Indulgentias pro aliis piis operibus concessas?

IV. Quid intelligendum est per verba subsequentia, *Caput VII integrum*, quæ leguntur sub fine n. 2, Cap. IX, catalogi Indulgentiarum SS^mi Rosarii a Sanctitate Sua Pio IX confirmatarum? An per præfata verba implicite confirmentur, vel implicite excludantur, a confirmatione aliæ Indulgentiæ contentæ in cap. VII Summarii Indulgentiarum SS^mi Rosarii ab Innocentio confirmatarum in suo Brevi *Nuper pro parte*, quæ non expresse

recensentur in Catalogo Indulgentiarum a Sanctitate Sua Pio IX approbato anno 1862 ?

V. Quid intelligendum est per verba sequentia *Confratres servientes*, quæ leguntur in n. 1, cap. X, Catalogi Indulgentiarum SS^mi Rosarii a Sanctitate Sua Pio IX adprobati anno 1862 : an per hæc verba intelligantur Confratres tam militantes quam servituti addicti, imo et famuli ?

VI. Quid intelligitur per verbum *Rosarium* recitandum ante devotam imaginem, pro consecutione Indulgentiæ plenariæ confirmatæ sub n. 3, cap. X, Catalogi Indulgentiarum SS^mi Rosarii a Sanctitate Sua Pio IX approbati anno 1862 : an Rosarium integrum, vel ejus tertia pars ?

VII. Utrum in forma, uti vocant, absolutionis, seu modo impertiendæ Indulgentiæ Confratribus SS^mi Rosarii in articulo mortis, dicendum est : *et per Indulgentiam plenariam a Summo Pontifice Innocentio* VIII *Confratribus SS^mi Rosarii in articulo mortis constitutis concessam*, uti legitur in capite XII Summarii Indulgentiarum SS^mi Rosarii ab Innocentio XI approbati in suo brevi *Nuper pro parte;* vel dicendum est : *et per indulgentiam plenariam a Summis Pontificibus Innocentio* VIII *et Pio* V *confratribus SS^mi Rosarii in articulo mortis concessam* ut legitur in libellis manualibus SS^mi Rosarii ?

VIII. Utrum præter festa Mysteriorum SS. Rosarii quæ sequuntur, videlicet Annuntiationem B. M. V., ejusdem Visitationem, Nativitatem Domini, Purificationem B. M. V., in quibus recoluntur quatuor prima Mysteria Rosarii, Resurrectionem Domini, ejusdem Ascensionem, Pentecostem et Assumptionem B. M. V., in quibus recoluntur undecimum et duodecimum, tertium decimum, et quartum decimum mysterium, etiam ut festa mysteriorum SS. Rosarii habenda sint omnia festa subsequentia, quæ reperiuntur in libellis manualibus SS^mi Rosarii, scilicet 1. Dominica infra Octavam Epiphaniæ Domini, in qua recolitur quintum mysterium, feria quarta majoris hebdomadæ, in qua recolitur sextum mysterium, feria sexta ejusdem hebdomadæ, in qua recolitur septimum mysterium, festum S. Coronæ Spineæ indultum pro diœcesi Oratoris ac fixum feria sexta post cineres, in

quo recolitur octavum mysterium, Inventio S. Crucis, in qua recolitur nonum mysterium, Exaltatio S. Crucis, in qua recolitur decimum mysterium, festum Omnium Sanctorum, in quo recolitur quintum decimum mysterium ? 2. Quatenus quædam ex præfatis festis habenda sint ut festa Mysteriorum SS^mi Rosarii, quænam sunt festa illa ?

Resolutio. Sacra Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita, partim in comitiis generalibus habitis apud Vaticanas ædes die 8 Maii 1874, partim in particularibus die 12 Februarii 1877, audito prius Consultoris voto, ad præfata dubia respondendum censuit ut infra.

Ad I. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, et ad mentem : mens est supplicandum SS^mo : ut per decretum generale extendatur ad omnes Confratres cujuscumque Confraternitatis, aut Sodalitii Indultum lucrandi singulas Indulgentias exercendo opera pia, quæ pro viribus peragere poterunt.*

Ad II. *Provisum in primo.*

Ad III. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Ad IV. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Ad V. *Affirmative, et extenditur ad milites actu servientes.*

Ad VI. *Intelligitur tertia pars.*

Ad VII. *Utraque forma est legitima.*

Ad VIII. *Ad primam partem negative ; ad secundam, dumtaxat festum Omnium Sanctorum pro decimo quinto mysterio, et festum B. Mariæ Virginis feria sexta post Dominicam Passionis pro decimo mysterio, facto verbo cum SS^mo.*

De quibus facta relatione per me infrascriptum Cardinalem Præfectum SS^mo D^no Nostro Pio PP. IX, in audientia diei 25 Februarii 1877, Sanctitas Sua petitas gratias benigne concessit.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 25 Februarii 1877.

A. CARD. OREGLIA A S.STEFANO *Præf.*

Dominicus Sarra Substitutus.

DÉCRET DE LA S. CONGRÉGATION DES RITES [1].

RATISBONEN.

Quod Apostolicæ Sedi erat in votis, ut sacra Romanæ Ecclesiæ Liturgia in omnibus servaretur diœcesibus, quum Deo adjuvante effectum prope esset; Sacra Rituum Congregatio etiam de promovenda uniformitate Cantus Gregoriani sollicita, curavit ut nova editio librorum ejusdem Cantus Gregoriani diligentissime adornaretur. Quamobrem Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX, per eamdem Sacrorum Rituum Congregationem, peculiarem deputavit Commissionem virorum ecclesiastici cantus apprime peritorum; quæ statuit, ut Graduale editionis Mediceæ Pauli V iterum in lucem ederetur, et cetera, quæ deerant, supplerentur ad normam ejusdem Gradualis.

Eques Fridericus Pustet Ratisbonensis, typographus Pontificius, qui plures librorum liturgicorum editiones laudabiliter confecerat; suis laboribus et expensis ingens hoc opus perficere aggressus est, sub directione tamen, et revisione superius laudatæ Commissionis.

Ejusmodi opere jam magna ex parte accuratissime absoluto, plures in illud ejusque typographum excitatæ sunt contradictiones, adeo ut nonnullæ ephemerides, nedum injuriosas censuras contra ipsum cantum et Commissionem Romanam intulerint, ac fidem pluribus Sacrorum Rituum Congregationis Decretis hac super re latis infirmare præsumpserint : verum etiam dubia promoverint de authenticitate et vi Litterarum Apostolicarum,in forma Brevis, sub die 30 Maii anni 1873, quibus idem Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX editionem præfati Gradualis magnopere commendare dignatus est, quemadmodum Paulus V editionem Mediceam similibus Litteris Apostolicis condecoravit.

(1) V. *Nouvelle Revue théologique*, tom. VII, pag. 283 et ss.

Quum autem typographus Fridericus Pustet hæc omnia ad Sacram Rituum Congregationem detulerit, ipsamque pro opportuno remedio deprecatus sit, eadem Sacra Congregatio, ne fini, quem sibi per hanc novam editionem librorum cantus ecclesiastici proposuit, alia obstacula et contradictiones interponantur, Oratoris precibus rescribendum censuit : « *Provisum per Breve Pontificium diei* 30 *Maii anni* 1873, *quo editio D. Friderici Pustet a speciali Commissione virorum ecclesiastici cantus apprime peritorum, a Sanctissimo Domino Nostro per Sacrorum Rituum Congregationem deputata, accuratissime revisa, approbata, atque authentica declarata, magnopere Reverendissimis locorum Ordinariis, iisque omnibus, quibus Musices sacræ cura est, commendatur; eo quod eidem Sanctissimo Domino Nostro sit maxime in votis, ut, cum in ceteris quæ ad Sacram Liturgiam pertinent, tum etiam in cantu una cunctis in locis ac diœcesibus eademque ratio servetur, qua Romana utitur Ecclesia.* »

Atque ita rescripsit ac declaravit.

Die 14 Aprilis 1877.

A. Ep. Sabinen. Card. BILIO.
S. R. C. Præf.

(L. † S.) *Placidus* Ralli, *S. R. C. Secret.*

COMMENTAIRE SUR LA CONSTITUTION *APOSTOLICÆ SEDIS* DE PIE IX [1].

EXCOMMUNICATIONS RÉSERVÉES AU SOUVERAIN PONTIFE.

§ VIII.

Excommunication portée contre les coupables de simonie réelle et contre leurs complices.

§ IX.

Excommunication portée contre les coupables de simonie confidentielle dans les bénéfices, quelle que soit leur dignité.

§ X.

Excommunication portée contre les coupables de simonie réelle pour l'entrée en Religion.

Sommaire. — I. Texte des 3 paragraphes. — II. Définition de la simonie. — III. 1re chose requise pour qu'il y ait simonie : pacte ou intention d'obliger. — IV. 2e : prix. — V. 3e : objet spirituel. — VI. Simonie de droit ecclésiastique. — VII. Division de la simonie. Simonie *mentale*. — VIII. Simonie *conventionnelle*. — IX. Simonie *réelle*. — X. Simonie *confidentielle*. — XI. 1er cas où cette dernière a lieu : Election, etc., sous condition de cession de fruits. — XII. 2me cas : résignation sous condition *per accessum*. — XIII. 3me cas : résignation sous condition *per regressum*. — XIV. 4me cas : résignation sous condition *per ingressum*. — XV. 5me cas : résignation sous réserve de fruits. — XVI. 6me cas : collation sous diverses conditions. — XVII. A. 1re condition requise pour encourir l'excommunication pour simonie réelle en matière bénéficiale : exécution de la part des deux parties. — XVIII. 2e condition : qu'il s'agisse de bénéfices proprement dits. — XIX. Conséquences. — XX. *Quid*, s'il s'agit des paroisses dites

(1) V. tom. II, pag. 75, 428, 453, 607 et 645; tom. III, pag. 97, 154, 235, 435, 443 et 581; tom. IV, pag. 5, 128. 237, 354 et 467; tom. VI, pag. 117 et 229; tom. VII, pag. 249 et 604; tom. VIII, pag. 587; tom. IX, pag. 23, 168 et 212.

succursales en France et en Belgique ? Opinion du P. Dumas. — XXI. Canonistes requérant la perpétuité ou inamovibilité pour un bénéfice proprement dit. — XXII. Distinction de Schmalzgrueber. — XXIII. Conséquence : les succursales ne sont pas des bénéfices dans le sens de la Constitution *Apostolicæ Sedis*. — XXIV. Cette disposition est-elle applicable aux Prélatures régulières ? Opinion du P. Ballerini et du P. Gabriel de Varceno. — XXV. Opinion de M. Daris. — XXVI. Distinction. — XXVII. Cette excommunication frappe aussi les complices. — XXVIII. Qu'entend-on par complices ? — XXIX.B. Excommunication portée contre les coupables de simonie confidentielle. — XXX. Frappe-t-elle les complices ? — XXXI. Quels coupables sont atteints par la loi ? Opinion de M. Daris, soutenue par d'anciens auteurs. — XXXII. Opposée à la Constitution *Apostolicæ Sedis*. — XXXIII. Le collateur l'encourrait également. — XXXIV. Opinion du R. P. Konings, opposée à la Constitution *Apostolicæ Sedis*. — XXXV.C. Comment faut-il interpréter le mot *ob ingressum* du § X ? Opinion de M. Daris. — XXXVI. Opinion commune. — XXXVII. Comment faut-il entendre le mot *religionis ?* — XXXVIII. L'exigence d'une dot est simoniaque, si elle a lieu comme prix de l'entrée en religion. — XXXIX. Elle est permise pour l'entretien du novice. — XL. Elle est permise pour l'entretien des professes dans les couvents de femmes. — XLI. *Item* dans les couvents d'hommes qui sont pauvres. — XLII. Réfutation de l'opinion de M. Daris. — XLIII. Défendue dans les couvents d'hommes qui sont riches. — XLIV. Quelle simonie commet-on alors ? Opinion que c'est la simonie de droit ecclésiastique. — XLV. Opinion que c'est la simonie de droit divin. — XLVI. Il est permis de convenir d'une somme avec les parents pour renonciation à l'héritage paternel.

I. Voici le texte des trois paragraphes que nous commenterons dans cet article :

« VIII. Reos simoniæ realis in beneficiis quibuscumque, eorumque complices.

« IX. Reos simoniæ confidentialis in beneficiis quibuslibet, cujuscumque sint dignitatis.

« X. Reos simoniæ realis ob ingressum in Religionem. »

II. Avant d'aller plus avant, disons un mot de la nature de la simonie et de ses diverses espèces.

Les auteurs définissent ordinairement la simonie proprement dite, avec S. Thomas : « Studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum [1]. » La

(1) 2-2, q. 100, a. 1. Cf. Schmalzgrueber, *Jus ecclesiasticum uni-*

définition de De Ameno, un peu plus développée, nous sourit davantage. La voici : « Simonia est sacrilegium, in quo intentione, conventione, aut actione præstatur aliquid temporale, prætio æstimabile, pro re spirituali, aut spirituali annexa [1]. »

III. Trois choses sont donc nécessaires pour la simonie : 1° le pacte en vertu duquel on donne, ou l'on promet le temporel pour le spirituel ; ou du moins l'intention d'obliger celui qui reçoit le spirituel à donner en retour du temporel, ou *vice versa*. Peu importe du reste que le pacte soit explicite ou implicite. Cette première condition se trouve dans les mots suivants de la définition : *intentione, conventione aut actione.*

IV. La seconde chose requise est le prix. Par là on entend tout ce qui est estimable à prix d'argent. Les auteurs font consister ce prix dans ce qu'ils nomment *munus a manu*, *munus ab obsequio,* et *munus a lingua.*

Munus a manu comprend tout avantage temporel immobilier, ou pécuniaire ; v. g. pensions, rentes, délai de paiement d'une dette; prêt d'argent; paiement anticipé etc. « *Munus a manu* dicitur, *écrit Schmalzgrueber*, quæcumque res temporalis pretio æstimabilis, sive deinde sit mobilis, sive immobilis, corporalis, vel incorporalis; nam etiam jure census, pensiones,mutuatio pecuniæ, solutio debiti, vel solutionis dilatio rationem muneris a manu habent, et pretium simoniacum constituunt [2]. »

Munus ab obsequio. On entend par là tout service temporel rendu à celui qui donne le spirituel,en vue de l'y obliger. Par

versum, Lib. v, Titul. III, n. 3 ; Maschat, *Institutiones Juris canonici*, Lib. v, Titul.III, n. 2 ; Reiffenstuel, *Jus canonicum universum*, Lib. v, Titul. III, n. 5 ; S. Alphonsus, *Theologia moralis*, Lib. IV, n. 49.

(1) *De delictis et pœnis*, Titul. VIII, § VII, n. 1.

(2) *Loc. cit.*, n. 112. Cf. Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 59 ; Mayr, *Trismegistus Juris Pontificii*, Lib. v, Titul. v, n. 109 ; Ferraris, *Bibliotheca canonica*, V. *Simonia*, Artic. I, n. 26.

exemple, si l'on sert quelqu'un, si l'on administre ses biens, etc. à condition qu'il accordera une faveur spirituelle, et *vice versa*; si une faveur spirituelle est accordée en vue d'obliger celui qui la reçoit à quelque service temporel [1].

Munus a lingua. Cela a lieu quand, en retour d'une faveur spirituelle qu'on sollicite, on promet son intervention, sa recommandation pour faire obtenir une grâce ou une faveur temporelle, ou *vice versa* [2].

V. En troisième lieu, il faut un objet spirituel, c'est-à-dire un objet qui ait pour but direct ou indirect le culte de Dieu et le salut des âmes, soit que cette destination lui vienne de Dieu même, soit qu'elle lui ait été donnée par l'Église [3].

VI. Telles sont les choses qui constituent la simonie proprement dite, et que les auteurs appellent simonie de droit naturel ou divin. Mais outre cette espèce de simonie, il en est une de droit ecclésiastique, laquelle ne rentre pas dans la définition donnée ci-dessus (n. II). Elle a lieu, lorsque le prix et l'objet sont tous deux spirituels, ou tous deux temporels, mais quand la convention est interdite par l'Eglise pour motif de religion, sous les peines portées contre la simonie. Ainsi la permutation des bénéfices est entachée de simonie, si elle a lieu sans l'autorisation du supérieur légitime [4]. Il en est de même si l'on vendait la matière d'une chose devenue spiri-

(1) Cf. Schmalzgrueber, *ibid.*, n. 113; Mayr, *ibid.*, n. 110; Reiffenstuel, *ibid.*, n. 60; Ferraris, *ibid.*, n. 27.

(2) Cf. Reiffenstuel, *ibid*, n. 61; Ferraris, *ibid.*, n. 28; Mayr, *ibid.*, n. 111; Schmalzgrueber, *ibid.*, n. 114.

(3) Cf. Ferraris, *ibid.*, n. 17; Schmalzgrueber, *ibid.*, n. 135; Reiffenstuel, *ibid.*, n. 44; Mayr, *ibid.*, n. 31; Maschat, *ibid.*, n. 21.

(4) « Generaliter itaque teneas, *lit-on dans le Droit*, quod commutationes præbendarum de jure fieri non possunt, præsertim pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus, labem semper continet simoniæ. » Cap. *Quæsitum*, 5, *De rerum permutatione*. Cf. Cap. *Cum olim*, 7, *ibid.*

tuelle, v. g. l'huile sainte ou le saint chrême [1] ; ou si l'on vendait un office temporel, chargé de l'administration des biens ecclésiastiques, tel que la charge de trésorier, d'économe, de sacristain et autres du même genre [2].

VII. Chacune de ces espèces de simonie se subdivise en *mentale*, *conventionnelle* et *réelle*.

La simonie *mentale* est celle qui se consomme dans le for intérieur, sans se manifester extérieurement en aucune manière. Ainsi celui qui donne une chose temporelle comme prix d'une chose spirituelle, ou dans l'intention d'obtenir une chose spirituelle, mais sans faire connaître sa volonté, se rend coupable de simonie *mentale*. Il en serait de même dans la supposition contraire [3]. « Hæc simonia dicitur mentalis, *observe Ferraris*, non quia sit nudum propositum committendi simoniam, etiamsi in nullum actum exteriorem exeat, uti datur etiam mentalis fornicatio, homicidium, et hujusmodi; sed quia licet externum actum habeat, v. g. collatio rei spiritualis pro intenta re temporali, aut e contra ; malitia tamen illius simoniacæ intentionis se non prodit exterius, sed in sola mente remanet [4]. »

VIII. La simonie *conventionnelle* a lieu, lorsqu'il intervient un pacte exprès ou tacite entre les parties. On en distingue de deux sortes : celle qui se commet par la seule convention des parties, sans qu'il soit donné ni reçu aucune chose de part et d'autre ; on l'appelle *purement conventionnelle*. L'autre, qu'on nomme *mixte*, consiste, outre la convention, dans la tradition de la chose convenue, au moins par l'une des deux

(1) Cap. *Non satis*, 8, *De simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur*. (2) Cap. *Consulere*, 38, *ibid.*

(3) Cf. Schmalzgrueber, *loc. cit.*, n. 28 ; Reiffenstuel, *loc. cit.* n. 15; Mayr, *loc. cit.*, n. 15.

(4) *Loc. cit.*, n. 8. Cf. Maschat, *loc. cit.*, n. 4.

parties. Elle est dite *mixte*, parce qu'elle participe et de la *simonie purement conventionnelle* par la mutuelle convention, et de la *simonie réelle* par la tradition de la chose convenue par l'une des deux parties contractantes [1].

IX. La simonie est dite *réelle*, quand la convention est exécutée par les deux parties, c'est à dire par le paiement effectif de la chose promise, soit que le don précède, soit qu'il suive l'acte simoniaque [2].

Il n'est pas nécessaire, pour qu'il y ait simonie *réelle*, que le paiement soit effectué en entier ; il suffit qu'il le soit partiellement [3].

X. Outre cette division, qui s'applique à toutes les espèces de simonie, il faut distinguer, en matière bénéficiale, la simonie *confidentielle*, qu'on peut définir avec Schmalzgrueber : « Est, qua quis beneficium ecclesiasticum alicui quocunque modo, verbi gratia, eligendo, præsentando, conferendo, vel in ejus favorem resignando, procurat cum expresso vel tacito pacto, ut is, cui id procurat, post aliquod tempus idem beneficium ipsi procuranti vel alteri resignet, aut pensionem, vel fructus ex ea præstet [4]. »

(1) Cf. Schmalzgrueber, *loc. cit.*, n. 33 ; Maschat, *loc. cit.*, n. 4 ; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 19; Ferraris, *loc. cit.*, n. 12; Mayr, *loc. cit.*, n. 16 et 17.

(2) Quelques auteurs, entre autres Castropalao, *Opus morale*, Tract. XVII, Disp. III, Punct. XXII, n. 5, estiment que l'exécution de la part d'une partie suffit pour encourir les peines ecclésiastiques. Mais l'opinion commune, conforme au principe qu'on doit interpréter strictement les lois pénales, exige l'exécution des deux parties. Cf. Schmalzgrueber, *ibid.*, n. 248; Reiffenstuel, *ibid.*, n. 20 ; Ferraris, *ibid.*, n. 17; Maschat, *ibid.*, n. 41.

(3) Cf. Schmalzgrueber, *ibid.*, n. 35 ; Reiffenstuel, *ibid.*, n. 22, Maschat, *ibid.*, n. 4 ; Ferraris, *ibid.*, n. 13.

(4) *Loc. cit.*, n. 37. Cf. Ferraris, *loc. cit.*, n. 14 ; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 32 ; Mayr, *loc. cit.*, n. 19.

XI. La simonie confidentielle a lieu dans les cas suivants :

1° Lorsque, par voie d'élection, présentation, postulation, institution, confirmation, on procure un bénefice à quelqu'un, à condition que le pourvu le cède à celui qui le lui procure, ou à un autre, ou cède tout ou partie des fruits du bénéfice[1].

XII. 2° *Per accessum*, disent les canonistes. Ce qui a lieu quand un pourvu résigne son bénéfice en faveur d'un tiers, à condition que ce tiers le résigne en faveur d'un autre, actuellement incapable, lorsque son incapacité aura cessé. Par exemple, Titius n'a pas l'âge ou l'ordre nécessaires pour mon bénéfice; je résigne mon bénéfice en faveur de Paul, mais à condition que Paul le cède à Titius, lorsque celui-ci aura atteint l'âge voulu ou reçu l'ordre requis [2].

XIII. 3° *Per regressum*. Cela a lieu lorsque, dans la résignation du bénéfice, le cédant se réserve, ou à un tiers, le droit de le reprendre dans certains cas, par exemple, en cas de vacance par décès ou résignation de celui à qui il est cédé, ou encore au cas où celui-ci ne paierait pas la pension convenue [3].

XIV. 4° *Per ingressum*. Ce cas se présente, lorsque celui à qui un bénéfice est conféré, le résigne avant d'en prendre possession, mais à condition d'en prendre possession dans certains cas, ou après un certain temps [4].

(1) Cf. Leurenius, *Forum beneficiale*, part. III, Quæst. 201, n. 1, et Quæst. 753, n. 1; Ferraris, *Op. cit.*, V. *Simonia*, art. I, n. 14; Schmalzgrueber, *loc. cit.*, n. 37.

(2) Cf. Schmalzgrueber, *loc. cit.*, n. 38; Mayr, *loc. cit.*, n. 24; Ferraris, *Op. cit.*, V. *Resignatio*, n. 10, IV, et n. 53; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 33; De Murga, *Tractatus de beneficiis ecclesiasticis*, Quæst. III, n. 554. — V. Const. *Romanum Pontificem*, § 1, de Pie IV, *Bullarium Romanum*, tom. IV, part. II, pag. 190; et constit. *Intolerabilis multorum*, § 3, de S. Pie V, *ibid.*, tom. IV, part. III, pag. 67.

(3) Cf. de Murga, *ibid.*, Schmalzgrueber, *ibid.*; n. 39; Reiffenstuel, *ibid.*; Ferraris, *ibid.*, n. 10, III; Mayr, *ibid.*, n. 26.

(4) Cf. Reiffenstuel, *ibid.*; de Murga, *ibid.*; Ferraris, *ibid.*; n. 10, IV; Mayr, *ibid.*, n. 25; Schmalzgrueber, *ibid.*; Leurenius, *ibid.*, Quæst. 753, n. 6.

XV. 5° Lorsque, en résignant son bénéfice, le cédant se réserve [1], ou à un tiers, une partie des fruits, ou une pension [2].

XVI. 6° Enfin lorsqu'en conférant un bénéfice vacant à quelque titre que ce soit, l'Ordinaire, ou autre collateur, y met la condition qu'il en disposera ensuite à son gré ou au gré d'un autre ; ou que le pourvu laissera une partie des fruits au collateur, ou au cédant, ou à tout autre ; ou qu'il leur paiera une pension [3].

XVII. Ces notions posées, voyons quelles conditions sont requises pour encourir l'excommunication du chef de simonie.

Et d'abord A) dans le cas du § VIII, la première condition est qu'on se rende coupable de simonie réelle : *reos simoniæ realis*.

(1) De graves auteurs ont prétendu qu'il n'y avait pas simonie confidentielle, lorsque la réserve était faite en faveur du résignant. Navarrus, *Consilia*, lib. v, titul. *De Simonia*, cons. LXXVI, n. 6; Lessius, *De Justitia et Jure*, lib. II, cap. XXXV, n. 97. Mais l'opinion commune y trouvait une véritable simonie confidentielle. Cf. Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 37; Mayr, *loc. cit.*, n. 21; Krimer, *Quæstiones canonicæ*, lib. v, n. 519 et 520; La Croix, *Theologia moralis*, lib. III, part. I, n. 66. On peut apporter à l'appui du sentiment commun une décision de la S. Congrégation du Concile en date du 21 avril 1792. *Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii*, tom. LXI, pag. 73 et seq.

(2) Constit. cit. de S. Pie V, *ibid.* Cf. Ferraris, *ibid.*, V. *Resignatio*, n. 55; Leurenius, *loc. cit.*, Quæst. 753, n. 6; Castropalao, *loc. cit.*, Punct. XVIII, n. 6; Garcias, *Tractatus de beneficiis*, part. XI, cap. III, n. 194.

(3) « Itidem, *porte la Bulle de S. Pie V*, si Ordinarius, vel alius collator contulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium ecclesiasticum quovis modo vacans, ea conditione, tacita vel expressa, ut postea in alterum pro arbitrio collatoris, seu alterius cujuscumque contra juris communis ordinationem disponatur; sive ut de eo provisus fructus illius, vel partem, ad utilitatem vel conferentis, vel decedentis, aut alterius relinquat et remittat, seu pensionem illi vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per se, vel alium, scripto aut verbo jusserit, seu significaverit, persolvat; et pariter si a patrono etiam laico, vel alteri præsentatori, seu electori, contigerit, aut contingat id fieri. » *Loc. cit.*

Par ces mots, se trouve tranchée la controverse qui existait autrefois. Une opinion, que Saint Alphonse déclare probable [1]; et Mayr [2], avec Castropalao [3], plus probable, tenait que les censures étaient encourues, du moment que la chose spirituelle était livrée, quoique le prix ne le fût pas encore.

Toutefois le sentiment commun, et plus probable, ajoutait Saint Alphonse, exigeait que la convention eût reçu au moins un commencement d'exécution par les deux parties. Ce n'est qu'alors qu'il y a simonie réelle; et les lois pénales, devant être interprétées strictement, doivent être restreintes au cas de simonie réelle [4].

Aujourd'hui la question n'est plus douteuse. Le Souverain Pontife ne frappe que la simonie *réelle*; or il n'est pas probable qu'il donne à ce mot un autre sens que celui qu'il a communément dans les auteurs. Il faudra donc que la convention soit exécutée des deux parts, ou ait au moins reçu un commencement d'exécution, pour qu'il y ait lieu à l'excommunication. Tel est aussi le sentiment des commentateurs de la Constitution *Apostolicæ Sedis* [5].

(1) *Theologia moralis*, lib. IV, n. 106.

(2) *Loc. cit.*, n. 138.

(3) *Loc. cit.*, Punct. XXII, n. 5.

(4) Cf. Schmalzgrueber, *loc. cit.*, n. 248; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 239; Maschat, *loc. cit.*, n. 41; Lessius, *De Justitia et Jure*, lib. II, cap. XXXV, n. 149; Thesaurus, *De pœnis ecclesiasticis*, part. II, V. *Simonia*, cap. II, n. X; Böckhn, *Commentarius in jus canonicum universum*, lib. V, titul. III, n. 70; Ferraris, *Op. cit.*, V. *Simonia*, art. III, n. 3; Leurenius, *loc. cit.*, Quæst. 200, n. 4.

(5) *Commentarii Reatini*, n. 95, p. 51; Avanzini, *De Constitutione Apostolicæ Sedis commentarii*, not. 31, pag. 45; Daris, *Tractatus de censuris*, n. 217; Godschalk, *Constitutio Apostolicæ Sedis commentariis illustrata*, pag. 85; Ballerini, *Compendium theologiæ moralis P. Gury*, tom. I, pag. 270, not. *c*, 3°, edit. 3; Konings, *Theologia moralis*, n. 351, 1°; Cretoni, *Compendium theologiæ moralis P. Gury*, tom. II, pag. 613, not. 2; Gabriel de Varceno, *Compendium Theologiæ moralis*,

XVIII. La seconde condition est que la simonie soit en matière bénéficiale : *in beneficiis quibuscumque.*

Il faut donc qu'il s'agisse de bénéfices proprement dits, mais peu importe la qualité du bénéfice : qu'il soit séculier ou régulier, simple ou à charge d'âmes, de droit de patronage ou de libre collation, d'un ordre supérieur ou inférieur; le terme *quibuscumque* rend la loi applicable à tout bénéfice proprement dit [1].

XIX. De cette condition découle la conséquence, que si la simonie s'exerce à l'égard d'offices, ou charges qui ne sont pas des bénéfices proprement dits, quelque grave que soit le péché, il échappe à l'excommunication de notre paragraphe. Ainsi, si quelqu'un achetait l'office de chantre, d'économe, de vicaire, de coadjuteur [2], de vicaire général, une chapellenie laïcale [3], une pension, comme aucune de ces choses n'est un

tom. II, pag. 469, 1°. Ce dernier auteur, tom. I, pag. 182, s'exprime comme s'il était nécessaire pour encourir les peines que le prix consistât *in munere a manu.* « Simonia realis, *dit-il*, ut subjiciatur pœnis, debet esse a manu. » C'est inexact. Que le prix consiste *in munere a manu, ou in munere a lingua*, du moment qu'il est donné, au moins partiellement, et que le bénéfice est conféré, il y a véritable simonie réelle, en matière bénéficiale, et, par conséquent, sujette aux peines décrétées contre ce crime. Cf. Maschat, *loc. cit.*, n. 34; Schmalzgrueber, *loc. cit.*, n. 111.

(1) Cf. Avanzini, *ibid.;* Cretoni, *ibid.*; Gabriel de Varceno, *ibid.*, 2°; Ballerini, *ibid.*, pag. 280, not. *a* ; Godschalk, *ibid.*; Daris, *ibid.*

(2) Il faudrait peut-être excepter la charge de coadjuteur avec droit de succession; question sur laquelle les auteurs sont partagés. Cf. Schmalzgrueber, *loc. cit.*, n. 228, contre Castropalao, *loc. cit.*, Punct. XIII, n. 14; et Leurenius, *Vicarius episcopalis*, Quæst. 316.

Le commentateur de Riéti, n. 97, not. 34, page 53, et Gabriel de Varceno, *Op. cit.*, tom. II, pag. 469, 2°, embrassent l'opinion de Suarez et Schmalzgrueber.

(3) Ce sont celles qui sont fondées par des laïques sans l'intervention de l'autorité ecclésiastique. Cf. Lotterius, *De re beneficiaria*, lib. I, Quæst. V, n. 59.

bénéfice proprement dit, il n'encourrait point l'excommunication dont nous nous occupons [1].

XX. Mais *quid*, si quelqu'un donnait de l'argent à l'Evêque pour obtenir une des paroisses connues en France et en Belgique, sous le nom de succursales ? Encourrait-il l'excommunication ?

Le R. P. Dumas répond affirmativement à cette question ; parce que ce sont de véritables bénéfices, manuels à la vérité, mais néanmoins des bénéfices proprement dits. La perpétuité n'est requise que dans le chef du bénéfice; il n'est nullement nécessaire que son possesseur l'ait reçu pour toute sa vie [2]. Telle, assure-t-il, est la doctrine de Pirhing [3], Leurenius [4], Bouix [5] et S. Alphonse [6].

(1) Cf. *Commentarii Reatini*, Loc. cit.; Gabriel de Varceno, *loc. cit.*, 2°; Ballerini, *ibid.*; Daris, *loc. cit.*; Konings, *ibid.*, n. 1725, VIII.

(2) *Compendium Theologiæ moralis* P. *Gury*, tom. II, n. 1007.

(3) *Jus canonicum*, lib. III, titul. V, n. 3. Mais nous ferons remarquer qu'au même numéro, Pirhing ajoute : « Verum negari non potest, beneficia ad nutum revocabilia, quæque in titulum perpetuum non conceduntur, tametsi in se perpetua sint, aliquo modo deficere a ratione beneficii stricte accepti ; ideoque in regula Cancellariæ de reservatione non comprehenduntur, neque sufficiunt pro titulo ad Ordines sacros suscipiendos. »

(4) *Forum beneficiale*, part. I, quæst. IV, n. 1. Mais au numéro suivant il ajoute : « Respondeo secundo : Beneficium, prout in jure canonico et communius accipitur hoc nomen, esse et dici perpetuum, quia non tantum in se modo jam explicato, sed simul etiam in beneficiato quantum est ex se, perpetuatur, dum ei non datur ad tempus, sed in titulum perpetuum..., estque veluti matrimonium celebratum inter beneficiatum et ecclesiam... Atque ita jam beneficia manualia, etsi priori modo in se perpetua ; quia tamen ex se non perpetuantur quoque in beneficiato, a ratione beneficii communiter accepti recedere dicendum erit. »

(5) *Tractatus de parocho*, pag. 204.

(6) *Theologia moralis*, lib. IV, n. 273, ubi : « Cum quælibet capellania conferenda ab Episcopo, et ejus auctoritate erecta, sit vere beneficium, etsi sit ad nutum amovibilis. » Nous ferons observer que cette assertion de S. Alphonse est contredite par les meilleurs canonistes,

XXI. Le R. P. Gabriel de Varceno pose le principe opposé. « Tria constituunt beneficii ecclesiastici naturam, *dit-il*, nempe erectio in titulum, sacrum ministerium, et collatio in perpetuum, id est, *quoad beneficiatus vixerit*[1]. » Cette dernière condition est exigée par la plupart des canonistes, dit Reiffenstuel : « Et additur : *perpetuum*. Quamvis enim nonnulli auctores hanc particulam omittant.... cæteri doctores passim tradunt, de natura atque essentia beneficii ecclesiastici esse, quod sit perpetuum, idque merito... Quod de essentia beneficii ecclesiastici sit, ut non conferatur ad certum duntaxat tempus, sed in perpetuum, hoc est, ad totam vitam beneficiati.... desumitur ex canone [2].

XXII. Schmalzgrueber, d'accord avec beaucoup d'autres auteurs [3] résout la difficulté au moyen d'une distinction : « Ve-

entr'autres par Navarrus, *Consilia*, lib. III, titul. *De præbendis et dignitatibus*, Consil. VII, n. 1, et Consil. XXVII, n. 3 ; Fagnanus, In cap. *Ad audientiam* il 2, n, 119, *De rescriptis* ; Schmalzgrueber, *op. cit.*, lib. III, titul. V, n. 8; Barbosa, *Jus ecclesiasticum universum*, lib. III, cap. V, n. 45. — Toutefois nous reconnaissons que S. Alphonse peut invoquer de très-graves auteurs à l'appui de son opinion, entr'autres : Leurenius, *loc. cit.*, Quæst. CLXXXVI, n. 1 ; Amostazo, *Tractatus de causis piis*, lib. III, cap. I, n. 10 et seq.; Lara, *De anniversariis et capellaniis*, lib. II, cap. VI, n. 8 et seq.; Garcias, *op. cit.*, part. X, cap. II, n. 82. En tout cas, nous ajouterons que, quand il s'agit d'appliquer les peines portées contre les simoniaques, S. Alphonse dit, *expressis verbis*, que les chapellenies *non collatives*, c'est-à-dire *manuelles*, ne sont pas comprises sous la dénomination de bénéfices ou offices. *Op. cit.*, lib. IV, n. 112. La S. Congrégation du Concile paraît avoir adopté ce sentiment le 22 novembre 1760 (*Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii*, tom. XXIX, pag. 262 et seq.) ; et les 28 février et 30 mai de l'année suivante (*Ibid.*. tom. XXX, pag. 51 et 143).

(1) *Loc. cit.*, pag. 470, 3°. Le commentaire de Riéti s'exprime de même, n. 97, not. 30, pag. 53. (2) *Op. cit.*, lib. III, titul. V, n. 8 et 9.

(3) Mayr, *Trismegistus Juris Pontificii*, lib. III, titul. V, n. 2 ; Schmier, *Jurisprudentia canonico-civilis*, lib. III, tract. I, part. II, cap. III, n. 9 ; Böckhn, *op. cit.*, lib. III, titul. V, n. 4 ; Maschat., *op. cit.*, lib. III, titul. V, n. 3, III ; Pichler, *Jus canonicum*, lib. III, titul. V, n. 6 ;

rum, *dit-il*, hæc difficultas ope distinctionis resolvi potest si dicatur, ad rationem beneficii simpliciter talis sufficere, ut tribuat jus perpetuum secundo modo (id est, ut perpetuum sit duntaxat in ipso beneficio); ut vero sit beneficium stricte, prout illud communiter accipiunt SS. Canones, requiri ut tribuat jus primo modo (id est ut sit perpetuum in ipso beneficiato) [1]. »

XXIII. Si, d'après l'opinion commune, la perpétuité de la jouissance du bénéfice est de l'essence du bénéfice, ou est tellement inhérente à sa nature, que les bénéfices seuls qui possèdent cette condition sont, *strictement parlant, et dans le sens des SS. Canons*, de véritables bénéfices, ne s'ensuit-il pas que nous devons ici donner la préférence à l'opinion qui résout la question négativement? En effet, nous sommes ici en présence d'une loi pénale, laquelle doit par conséquent être interprétée rigoureusement. Or, dans le langage canonique, le mot *bénéfice* s'interprète, en matière odieuse, des seuls bénéfices qui donnent au titulaire un droit perpétuel. Or comme le droit des desservants n'a pas ce caractère, il s'ensuit que les succursales ne sont pas comprises dans cette disposition de la Constitution *Apostolicæ Sedis*.

XXIV. Cette disposition s'étend-elle aux Prélatures régulières : Abbayes, Généralats, Provincialats, Prieurés, Gardianats, etc ?

Le R. P. Ballerini l'affirme dans les termes suivants : « Beneficia autem intelliguntur non modo *sæcularia*, v. g. Episcopatus, canonicatus, decanatus, parœcia, etc., sed etiam

Wiestner, *Institutiones canonicæ*, lib. III, Titul. V, n. 6 et 7; Krimer, *Quæstiones canonicæ*, lib. III, n. 152; De Murga, *op. cit.*, Quæst. I, n. 9; Ferraris, *op cit.*, V. *Beneficium*, Artic. I, n. 13 et 36; Zallinger, *Institutiones juris ecclesiastici*, lib. III, § 52; Zech, *De jure rerum ecclesiasticarum*, part. II, § 103 et 105.

(1) *Loc cit.*, n. 9.

regularia, cujusmodi sunt generatim Regularium Prælaturæ, quæ non consistant in nuda commissione ad nutum revocabili, sed in munere ordinario, uti sunt generalatus, provincialatus, abbatia, præpositura, prioratus, rectoratus, guardianatus, etc. [1]. » Cette note est extraite presque littéralement de Schmalzgrueber [2]. Gabriel de Varceno se prononce dans le même sens [3].

XXV. Daris rejette cette opinion : Nomine beneficii non veniunt officium prioris, provincialis, generalis in Ordine religioso [4]. » Krimer avait très-bien motivé cette assertion en ces termes : « Notandum præterea, cum beneficium ecclesiasticum proprie dictum, et prout in jure ecclesiastico de illo communiter sermo est, debeat non tantum institutione sua, sed etiam in subjecto, cui confertur, esse perpetuum, ex n. 152, et importet jus percipiendi reditus annuos ex bonis Ecclesiæ, propter officium spirituale, ex n. 151, dignitatem, officium, vel personatum, quæ his conditionibus carent, non esse beneficia ecclesiastica proprie seu stricte sumpta, ut recte notat Castropalaus, tom. II, tract. XIII, disp. I, punct. IV, n. 3, qui numero sequenti docet, Rectoratum et Præposituras Regularium non esse *beneficia*, tametsi jurisdictionem habeant. Nam Generalis, inquit, Provincialis, Prior, Rector, Guardianus dignitatem habent, quæ est *officium*, sed non quæ *beneficium* sit; cum non sit jus perpetuum percipiendi fructus, sed solum sit jus, et regulariter temporale, gubernandi et regendi collegas, et res ecclesiasticas administrandi [5]. »

(1) *Compendium Theologiæ moralis P. Gury*, tom. 1, pag. 280, not. *a*.
(2) *Op. cit.*, lib. v, titul. III, n. 265.
(3) *Op cit.*, tom. I, pag. 183.
(4) *Op cit.*, n. 217, pag. 139.
(5) *Loc cit.*, n. 203.

XXVI. Cette raison nous paraît décicive : ces prélatures sont des offices [1], non des bénéfices ; elles sont des dignités, si l'on veut, mais toutes les dignités ne sont pas des bénéfices, et ce n'est que très-improprement qu'on donnerait cette qualification aux prélatures régulières. Toutefois on doit reconnaître qu'il y a des abbayes, des prieurés etc., qui sont de véritables bénéfices ; et qu'en conséquence, ceux qui les auront obtenus ou les détiendront par simonie, n'échapperont pas à l'excommunication portée par Pie IX.

XXVII. Non seulement les coupables de simonie réelle encourent l'excommunication réservée au Souverain Pontife ; mais la même peine atteint encore leurs complices : *eorumque complices*.

Paul II avait statué sur ce point dans les termes suivants : « Statuentes præterea, quod universi et singuli etiam præmissis dignitatibus prædíti, qui quomodolibet dando vel recipiendo simoniam commiserint, aut quod illa fiat, *mediatores extiterint*, *seu procuraverint*, sententiam excommunicationis incurrant : a qua nisi a Romano Pontifice pro tempore existente non possint absolvi, præterquam in mortis articulo constituti [2]. »

(1) Cf. Tamburinius, *De jure Abbatum*, tom. I, disp. I, quæsit. II., n. 4 ; tom. II, disp. XIV, quæsit. XIV, n. 2 ; Sigismundus a Bononia, *De electione et potestate prælatorum et aliorum officalium regularium*, dub. LVIII, n. 18 ; Rodericus, *Quæstiones regulares et canonicæ*, tom. I, quæst. XX, artic. 13 ; Sorbo, *Compendium privilegiorum Fratrum Minorum a P. Casarubios editum*, V. *Simonia*, Annot. Capuc. ; Donatus, *Rerum regularium praxis resolutoria*, tom. II, part. I, tract. IX, quæst. IV, n. 9 ; Bonacina, *De simonia*, disp. I, quæst. VII, punct. I, § 2, n. 4 ; Pauwels, *Tractatus theologicus de casibus reservatis*, tom. II, part. II, n. 424 ; De Ameno, *De delictis et pœnis*, titul. VIII, § VII, n. 24 ; S. Alphonsus, *Theologia moralis*, lib. IV, n. 112, Quær. I ; Sanchez, *Consilia*, lib. II, cap. III, dub. CIV, n. 5.

(2) Extrav. *Cum detestabile*, 2, *De simonia*.

XXVIII. Quelques auteurs, interprétant à la lettre les termes de l'Extravagante de Paul II, ont prétendu restreindre la peine à ceux qui s'entremettaient immédiatement entre le collateur et le solliciteur ; et en exclure en outre ceux qui se contentaient de coopérer à la simonie par leur conseil, leur assistance, etc.

L'opinion la plus commune soumettait à la peine tous ceux qui coopéraient prochainement à la simonie, soit par leurs conseils, soit par leur assistance, soit par leur intervention, du moment que leur coopération avait été efficace [1].

Aujourd'hui la question paraît moins douteuse ; le mot *complices* a remplacé *mediatores* ; la signification du premier est plus étendue que celle du second ; on peut donc dire avec le P. Gabriel de Varceno : « Eorumque complices, id est mediatores et quoquo modo cooperatores [2]. »

Ainsi Martinucci, qui est cependant un des premiers maîtres de cérémonies de Rome, veut [2] que l'Evêque consécrateur omette l'*Ecce Agnus Dei*, et le *Domine non sum dignus*, lorsqu'il va communier les diacres et les sous-diacres, qui viennent d'être ordonnés, et néanmoins ces paroles doivent être *certainement* récitées. Car le supplément au Pontifical, qui jouit de la même autorité que le Pontifical, ordonne nettement au Prélat de réciter ces prières [3]. « Pontifex dextera hostiam reverenter accipit, quam aliquantulum elevatam tenet super patenam, et conversus ad ordinatum in medio altaris, dicit : *Ecce Agnus Dei*, mox ter subjungit, *Domine non sum dignus* »

(1) Apud Gardellini, n. 5242.

(2) *Opere cit.* lib. VII, cap. I, num 349. A raisonner comme cet auteur, l'Évêque ne dirait même pas *Agnus Dei*, *Domine*, lorsqu'il donne solennellement la communion le jour de Pâques ; car le Cérémonial, lib. II, cap. 26, n'en parle pas. Au surplus la Congrégation des Rites dit que, sauf aux néomystes, *verba illa semper esse dicenda.* 11 feb. 1702, in Lerien, ad 4. Cfr. *S. R. C. Decreta, v. Ordinatio,* n. 4.

(3) *Subdiacon. uni conferendus,* pag. 347, edit. Antverp. 1765.

Pour la paix, nous ne voyons pas qu'il y ait lieu de douter, puisqu'elle se donne même aux acolytes dans la messe pontificale. Il y aurait plutôt ici un motif de la donner, lors même qu'on omettrait en autres temps cette cérémonie. On suivra donc la règle tracée par Martinucci [1]. Après que les sousdiacres ont reçu la paix : « Ultimus subdiaconus præbebit primo acolyto, hic cæteris; acolythus ultimus primo exorcistæ, hic cæteris; item exorcista ultimus primo lectori, hic cæteris; ultimus lector primo ostiario, hic cæteris; postremo ultimus ostiarius primo clerico; et hic reliquis. »

Quant à la formule de la communion, nous ne partageons pas non plus l'opinion de Martinucci, et nous croyons que l'Evêque doit dire *custodiat te*, aux acolythes, lecteurs, etc., et que ceux-ci doivent répondre *Amen*. Ce rite est en effet une réminiscence de l'usage antique par lequel les fidèles répondaient *Amen*, en communiant. Et puisque ce souvenir est rappelé et appliqué dans cette messe, il doit l'être à tous ceux qui y communient : « Est profecto mos Ecclesiæ vetustissimus, *dit Catalano* [2], ut fideles, cum olim eucharistiam de manu sacerdotis acciperent, postquam ille tradendo dixerat *corpus Domini*, respondere soliti essent, *Amen*. » Et il l'établit par de nombreux témoignages de Tertullien, Eusèbe, S. Ambroise, S. Augustin, S. Jérôme, etc. On n'a aucun motif d'empêcher ceux qui viennent d'être admis aux ordres mineurs, de prendre part à cette cérémonie commémorative des rites anciens, ni partant de reprendre pour eux la formule moderne sous laquelle se donne aujourd'hui la communion. Ainsi le Prélat dira *custodiat te* aux derniers comme aux premiers, et chacun d'eux répondra : *Amen*. C'est, du reste, ce qu'a décidé la S. Congrégation des Rites dans le décret suivant : « Marso-

(1) *Ibid.*, n. 342.

(2) *In Pontif. roman.* tom. I, pag. 254, edit. Paris. 1850.

RUM. 16. In communione ordinandorum, si communicentur etiam ordinati in minoribus, Episcopus utine debet forma *Corpus Domini Nostri Jesu Christi custodiat te in vitam æternam;* an dicere : *custodiat animam tuam?* Resp. Affirmative ad primam partem ; negative ad secundam [1]. 12 nov. 1831. » La question n'est donc plus douteuse.

Quoique la chose soit moins certaine à nos yeux, nous donnerions la même solution pour le cas où l'Evêque ne confère pas d'ordres sacrés. La formule *custodiat te*, avec sa réponse *Amen*, nous semble la formule propre aux ordinations qui ne s'omet dans aucun cas .

AD VII. Nous n'hésitons pas à déclarer que dans ces hymnes tout est propre, la doxologie comme les autres strophes. Mais nous ne comprenons pas quelle conséquence il est possible de tirer de là ; car la doxologie des hymnes des petites heures ne doit changer que pour celles qui sont marquées au Bréviaire [2]. « Aliis temporibus terminantur hymni, ut suis locis ponitur. » La S. Congrégation des Rites au surplus a déclaré que la rubrique devait s'entendre de cette façon [3] : « Sunt multi hymni qui habent conclusionem propriam, conclusio ista semperne adhibenda est etiam in completorio? Resp. *Negative*, sed tantum in festis Domini et B. Mariæ Virginis. » 12 nov. 1831, in MARSORUM, ad 57.

AD VIII. Si non-seulement le Propre nouveau, mais aussi le calendrier a été approuvé à Rome, pas de difficulté, il faut faire le double mineur au 9 août, et remettre plus loin S. Cyriaque et ses compagnons. Le calendrier ainsi approuvé fait loi pour tout le diocèse. Si, au contraire, le Propre seul est approuvé

(1) Gardellini, *op. cit.*, n. 4669, vol III, Appendix I, pag. 14. Edit 3ª.
(2) *Rub. gen. Breviarii*, tit. XX, n. 8.
(3) *S. R. C. Decreta.* V. *Hymnus*, n. 5.

et non le calendrier, on suivra les règles tracées dans les deux décrets suivants que nous copions dans le Dictionnaire des décrets [1].

Mechlinien. iv. Si novum aliquod officium a S. Sede recitandum præscribatur die aliqua determinata, et si dies illa sit perpetuo impedita in aliqua diœcesi vel ecclesia propter aliquod festum translatum, cui dies illa assignata ibidem fuit tanquam dies, seu sedes propria.... Resp. Assignandum officium potioris ritus, et inferioris ritus ulterius transferendum juxta rubricas. 7 decembr. 1844.

Ord. Min. 4. An regula quam tradit decretum (hoc), habeat locum etiam si unum sit ecclesiæ universalis, alterum particularis? Resp. Affirmative. 16 april. 1853.

En conséquence, il faudra remettre plus loin S. Cyriaque et ses compagnons.

CONSULTATION V.

1° An permissione Episcopi egent Clerici ut articulis falsis et quasi diffamatoriis sibi spectantibus, in diariis impiis respondeant?

2° An Confessarius tenetur *sub gravi* interrogare pœnitentem de peccatis quorum notitiam habet extra confessionem et de quibus sese non accusat pœnitens; v. gr. : habes pœnitentem et certo scis extra confessionem ipsum folia impia legere, an teneris sub gravi ipsum interrogare quando de peccato illo sese non accusat?

3° In nostra diœcesi specialis requiritur approbatio ad audiendas Confessiones Monialium, petitur an licite et valide absolvat vicepastor a suo pastore ægrotante delegatus ut excipiat Confessiones monialium parochiæ in earum conventu?

4° An vicepastor potest in ecclesia parochiali, in qua jurisdi-

(1) *S. R. C. Decreta*, V. *Translatio*, § 1, n. 5.

ctionem habet, monialium excipere Confessiones dum sese præsentant?

Resp. ad I. Ou les statuts du diocèse exigent l'autorisation épiscopale, ou non. Dans le premier cas, les ecclésiastiques pècheraient en se passant de cette permission. Il en est autrement dans le second cas : rien ne nécessite l'autorisation préalable de l'Evêque.

Ad II. D'après l'enseignement général des auteurs, le confesseur est tenu *sub gravi* de procurer l'intégrité de la confession. « An confessarius, *demande la Théologie de Malines*, advertens pœnitentem integre non confiteri, debet eum monere ? » Et elle répond : « Affirmative per se loquendo ; nam confessarius, tamquam minister sacramenti, tenetur curare ut omnes illius partes habeant conditiones requisitas, adeoque etiam ut confessio sit integra [1]. »

Cet enseignement repose sur les lois de l'Eglise, qui consacrent ou rappellent cette obligation. « Sacerdos autem, *lit-on dans le* IV *Concile de Latran*, sit discretus et cautus, ut more periti medici superinfundat vinum et oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris circumstantias et peccati : quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, et cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad salvandum ægrotum [2]. »

Le Rituel Romain dit également : « Si pœnitens numerum,

(1) *Tractatus de sacramento Pœnitentiæ, n.* 59, pag. 211. Cf. S. Alphonsus, *Praxis confessarii*, n. 19 ; Salmanticenses, *Cursus Theologiæ moralis* , Tract. VI, Cap. XII, n. 18 ; Suarez, *Tom.* IV *in* 3 *part.*, Disp. XXXII, Sect. III, n. 7 ; Card. de Lugo, *De sacramento Pœnitentiæ*, Disp. XXII, n. 16 et seq. ; Sporer, *Theologia moralis de Sacramentis*, Part. III, Cap. VI, n. 789 et seq. ; Gury, *Compendium Theologiæ moralis*, Tom. II, n. 614.

(2) Cap. *Omnis utriusque sexus*, 12, *De pœnitentiis et remissionibus.*

et species, et circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expressit, eum sacerdos prudenter interroget [1]. »

Nous lisons encore dans une Bulle de Benoît XIV : « Primo loco monemus, ut meminerint, suscepti muneris partes non implere, immo vero gravioris criminis reos esse eos omnes, qui cum in sacro pœnitentiæ tribunali resident, nulla tacti sollicitudine, pœnitentes audiunt, non monent, non interrogant, sed expleta criminum enumeratione, absolutionis formam illius proferunt..... Quod si confessarius probe norit, pœnitentem aliquibus peccatis gravari, quæ nondum aperuit, sive ex oblivione, quod imos conscientiæ recessus non satis exploraverit, sive ex crassiori ignorantia, quæ tamen culpa non vacat, cum putat sibi licere quod reipsa nefas est; e re erit confessarii, ne alioqui necessaria integritate confessio fraudetur, caute ac prudenter in memoriam pœnitentis revocare, quæ omisit, illumque monere ac corrigere, ut rite comparatus sacramenti Pœnitentiæ fructum percipiat.... Hisce in casibus concors Theologorum sententia est, confessarium teneri monitis ac interrogationibus pœnitenti opem ferre, quamvis inde pœnitentis tristitiam secuturam agnoscat [2]. »

Nous ajouterons avec la Théologie de Malines : « Dictum est *per se loquendo;* quia si pœnitens bona fide procedat, aliquando in ea relinqui potest...Similiter si confessarius fundate præsumeret pœnitentem ob ignorantiam inculpabilem aut bonam fidem formaliter non peccasse, saltem graviter, posset aliquando eum reliquere in bona fide, aliquando vero eum instruere debet, prout discutitur proprio loco [3]. »

Quant à l'exemple cité dans la Consultation, la question est trop importante pour être résolue incidemment. Nous nous

(1) Titul. *Ordo ministrandi sacramentum Pœnitentiæ.*

(2) Constit. *Apostolica Constitutio,* § 19 et 20. *Bullarium Benedicti* XIV, Vol. VII, pag. 321-323.

(3) *Loc. cit.*

proposons de la traiter un jour *ex professo*, et de lui donner tous les développements qu'elle réclame. Contentons-nous, pour aujourd'hui, de rappeler ces quelques lignes extraites de la Circulaire du Cardinal-Vicaire aux curés de Rome, du 6 juillet 1871. « Que les curés déclarent que la lecture de ces journaux est défendue aux catholiques par le droit naturel lui-même, à cause du péril prochain, auquel ils s'exposent, de perdre la foi. Et comme il s'agit d'un précepte en matière grave, ceux qui le violent se rendent coupables devant Dieu, non d'un péché véniel, mais d'un péché mortel [1].

Ad IV. Nous avons déjà traité ce point [2]. La solution affirmative s'applique à tout confesseur approuvé par l'Evêque, et par conséquent au Vicaire aussi bien qu'à tout autre.

CONSULTATION VI.

Pendant la vacance du siége, MM. les vicaires capitulaires ont ordonné les Collecte, Secrète et Post-communion de la messe du S. Esprit pour l'élection du nouvel Evêque. Comme déjà l'oraison *Deus omnium*, pour le Saint Père, est commandée, quelle faut-il mettre en premier lieu ? Les uns s'appuyant sur la rubrique du Missel, art. VII, *de Commemorationibus*, n° 5 : *In faciendis*... in quibus votivis servetur deinde dignitas Orationum, ut de Sanctissima Trinitate, de Spiritu Sancto. etc., mettent d'abord l'Oraison du Saint Esprit ; les autres mettent en premier lieu l'oraison du Saint Père, puis l'oraison du Saint Esprit, par la raison, disent-ils, que le Saint Père doit passer devant l'Evêque, en s'appuyant sur l'ordre de dignité des personnes marqué dans le Missel au titre : *Orationes diversæ*. Que penser de ces deux manières de faire ; quelle est celle qui est la véritable ?

(1) *Acta Sanctæ Sedis in compendium opportune redacta et illustrata*, Vol. VI, pag. 345.

(2) *Nouvelle Revue théologique*, Tom. V, pag. 221.

Resp. Si les deux oraisons commandées l'avaient été au même titre et de la même manière, il faudrait certainement régler la préférence à donner à l'une d'elles, selon l'ordre de leur dignité. Mais tel n'est pas le cas actuel.

L'une est ordonnée d'une manière permanente, pour un temps indéfini, et uniquement par l'autorité diocésaine. L'autre au contraire est commandée pour une circonstance spéciale, un temps limité, et conformément aux prescriptions générales. Le *Cérémonial des Evêques* porte en effet que les funérailles de l'Evêque défunt étant terminées[1], « donec de novo successore provisum fuerit, preces ad Deum continue offerendæ sunt, pro opportuna novi Episcopi electione impetranda, et conveniret, ut singulis diebus, vel saltem semel in hebdomada, religiosi processionaliter ad ecclesiam cathedralem accederent, litanias cantantes, et ibidem pias et devotas orationes recitarent, cum canonicis et clero ejusdem ecclesiæ cathedralis, ut Deus illis quamprimum concedere dignetur novum et bonum pastorem, qui ecclesiam regere et animarum curam digne et fructuose habere valeat et possit. »

Dans ces circonstances, c'est l'oraison la plus spéciale, celle qui se rapproche le plus des prescriptions liturgiques, qui doit être récitée la première. L'ordre de dignité inscrit au Missel ne doit être suivi que pour les oraisons de la même catégorie. On se rappelle la controverse que nous avons eu à soutenir dans la *Revue*, sur une difficulté analogue, et la S. Congrégation des Rites nous a donné pleinement raison, en décidant que la commémoraison du S. Sacrement exposé avait la préférence sur l'oraison du S. Esprit commandée par le Souverain Pontife, pour la réussite du Concile du Vatican. Elle n'a pas eu égard à l'ordre de dignité marqué au Missel.

(1) *Cærem. Episcop.* lib. II, cap. 38, n 27.

DÉCISION DU SAINT-OFFICE.

LE BAPTÊME ADMINISTRÉ PAR LES HÉRÉTIQUES, QUI EMPLOIENT LA MATIÈRE ET LA FORME PRESCRITES, EST VALIDE, QUAND MÊME ILS DÉCLARERAIENT EXPRESSÉMENT QUE LE BAPTÊME NE PRODUIT AUCUN EFFET DANS L'AME.

Inter plura dubia a quodam Vicario Apostolico S. Sedi proposita hæc postremo loco fuere : « In quibusdam locis nonnulli (hæretici) baptizant cum materia et forma debitis simultanee applicatis, sed expresse monent baptizandos, ne credant, baptismum habere ullum effectum in animam; dicunt enim, ipsum esse signum mere externum aggregationis illorum sectæ. Itaque illi sæpe Catholicos in derisum vertunt circa eorum fidem de effectibus baptismi, quam vocant quidem superstitionem. Quæritur :

1. Utrum baptismus ab illis hæreticis administratus sit dubius propter defectum intentionis faciendi quod voluit Christus, si expresse declaratum fuerit a ministro, antequam baptizet, baptismum nullum habere effectum in animam?

2. Utrum dubius sit baptismus sic collatus, si prædicta declaratio non expresse facta fuerit immediate, antequam baptismus conferretur, sed illa sæpe pronuntiata fuerit a ministro, et illa doctrina aperte prædicatur in illa secta? »

Suprema S. Congregatio Universalis Inquisitionis Instructione edita fer. IV, die 18 decembris 1872, postquam commemorasset doctrinam Benedicti XIV *(De Syn. Diœc.* Lib. VII, Cap. VI, n. 9), unde patet, eadem dubia jampridem agitata fuisse, ac pro validitate baptismi, præsertim a S. Pio V quoad Calvinistas, fuisse responsum, necnon declarationem Innocentii IV de validitate baptismi a Saraceno collati (Cap. 2, *de Bapt.* n. 9), addita quoque

ratione perspicue tradita a Bellarmino *(De Sacram. in genere*, lib. I, cap. 27, n. 13), ita respondit :

Ad primum : *Negative ; quia, non obstante errore quoad effectus baptismi, non excluditur intentio faciendi quod facit Ecclesia.*

Ad secundum : *Provisum in primo.*

INSTRUCTION DU SAINT-OFFICE TOUCHANT L'ADMINISTRATION DU BAPTÊME.

INSTRUCTIO S. CONGREGATIONIS S. OFFICII N. N. ADMINISTRATORI APOSTOLICO IN AUSTRALIÆ MISSIONIBUS.

Fer. IV. *Die* 15 *septembris* 1869.

I. Supremæ S. C. examini subjecta sunt dubia, anno superiori ab Amplitudine Tua Emo S. C. de Propaganda Fide Præfecto transmissa, relate ad sacramenti baptismatis administrationem, quorum primum quærebat, utrum in casu necessitatis, nimirum deficientibus omnino extraneis patrinis, liceat parentibus propriam sobolem in solemni baptismo materialiter tenere, seu potius in casu illo, solemni privatus baptismus sit subrogandus.

Porro quæstionis ratio postulat, ut prænotetur discrimen solemnis a privato baptismo ; ex eo enim facile inferri poterit, an solus patrini defectus postulet, quod solemni privatus subrogetur. Privatus igitur baptismus, ut probe noscis, ille dicitur, in quo nulla alia cæremonia a Rituali præscripta adhibetur, nisi ablutio baptizandi, verbis formæ prolatis, iis videlicet, quæ baptismo jure divino sunt necessaria. Solemnis vero censetur, quando ii adhibentur ritus ac cæremoniæ, quas Rituale Romanum memorat acceptas et approbatas ab apostolica et vetustissima traditione fuisse, et ad ejus solemnitatem pertinere. Jam vero relate ad usum rituum ipsorum, Rituale ipsum admonet, eos haud licere omittere, nisi causa necessitatis, quod quidem eadem suprema S. C. oraculo suo confirmavit. Cum enim quæsitum fuerit anno 1663 : « An in locis, ubi non adest ecclesia parochialis, neque fons baptismalis, conferri possit baptismus cum omnibus solemnitatibus et cæremoniis Ecclesiæ consuetis? » Decreto feriæ IV, 28 februarii prædicti anni præscriptum fuit : *quod possint, imo teneantur uti illis cæremoniis, quibus possint uti.* Quare liquet illico privatum solemni baptismo substituendum non

esse, eo quod aliqua fieri nequeat cæremonia; nam, hac omissa, ceteræ adimplendæ sunt.

Hisce positis, quamvis vix concipi possit, quomodo desertis in locis, in quibus nullus alius occurrit præter baptizandorum parentes, cæremoniæ in baptismo adhiberi queant; tamen, admisso quod earum aliquæ servari possint, defectus patrini non efficiet, ut ceteri ritus omitti debeant, vel possint, et sic baptismus fiat privatus : sed Missionarii tenentur *illis uti, quibus possint*. Imo Sacer Ordo censet, posse hoc in casu præsentiam extranei patrini per baptizandorum parentes quodammodo suppleri. Quandoquidem nil impedit, quominus patrinorum vices gerant, suos infantes materialiter tenendo, et pro iis baptizanti respondendo, citra tamen veri et proprie sumpti patrinatus prærogativam, videlicet citra necessitatem obeundi onera, quæ ejusmodi munus secumfert contrahendi impedimentum cognationis spiritualis usum matrimonii prohibens. Ita fiet, ut in solemnitate baptismi omnes quadam ratione serventur ritus, et parentum materiali præsentia, formalis patrinorum suppleatur. Ceterum per hoc intelliges, minime quempiam eximi ab onere curandi pro posse, ut in solemni baptismo unus saltem patrinus proprie dictus adhibeatur. Patrinorum siquidem præsentia in baptismate ex vetustissima traditione semper tamquam præcipua cæremonia in Ecclesia Christi habita est, ut spiritualis generationis significatio servaretur per patrinos, et ipsorum sponsione in tuto religiosa pueri educatio poneretur.

2. Quærebat præterea Amplitudo Tua, utrum aliquibus in casibus parentes licite possint tamquam patrinum designare personam aliquam absentem, quamvis illius assensus habeatur post collatum baptismum. Indubium profecto est, posse per interpositam personam, seu per procuratorem patrini munus obiri : verumtamen hoc in casu jura exigunt, ut persona absens acceptet tempore habili munus patrini, ac mandatum edat favore ejus, qui debet eum in tali cæremonia repræsentare. Ratio est, quia patrinus formalem habere debet voluntatem acceptandi et exercendi pro viribus onera patrinatui inhærentia. Quapropter probe intelliges, ratione a te proposita patrinos designari haud posse.

3. Tandem Sacer Ordo una tecum est in improbanda parentum incuria, quia munus patrini non selectis idoneis personis, sed cuicumque, qui eis, cum baptismus conferri debet, occurrit, committunt, licet pro certo habeant, ipsum suum spiritualem filium non amplius esse revisurum. Quare tibi summopere commendat, ut etiam in hac re Ritualis Romani præscriptum fideliter servetur, quod obtinebitur, si parentes de officii gravitate moniti, inducantur ad idoneos patrinos, cum commode possint, eligendos.

Hæc quæ ex mente et mandato S. Congregationis Tibi significanda habui, communicabis quoque Missionariis Tibi subjectis, ut pro re nata iisdem sese conformen t.

INSTRUCTIONS DE LA S. CONGRÉGATION DE LA PROPAGANDE.

I.

SUR LES TITRES D'ORDINATION.

INSTRUCTIO S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE DE TITULO ORDINATIONIS.

1. Cum indecorum omnino sit, atque a clericorum, qui in sacris ordinibus constituuntur, dignitate prorsus alienum, ut ipsi aut emendicatis subsidiis, aut ex sordido quæstu ea, quæ ad victum necessaria sunt, sibi comparare cogantur ; nemo ignorat, ab antiquissimis inde temporibus cautum fuisse, ut quicumque in Ecclesia Dei ad sacros ordines essent promovendi, eisdem de congrua perpetuaque sustentatione provideretur. Olim quidem nemo ordinabatur, nisi certæ adscriberetur ecclesiæ, cui perpetuo esset addictus, ut ex ea haberet, unde vitam honeste posset sustentare[1]. Posterioribus vero temporibus titulus ordinationis invectus, quo videlicet victui clericorum satis consuleretur. Cujus necessitas primitus pro ordinatione diaconorum et presbyterorum sancita, dein ab Innocentio III ad subdiaconos quoque extensa fuit[2]. Explorata autem omnibus sunt, quæ Synodus Tridentina[3] hac super re constituit ; cujus saluberrimas præscriptiones progressu temporis alicubi neglectas S. M. Innocentius XI, litteris encyclicis ad omnes Episcopos per S. Congregationem Concilii die 13 maii 1679 datis, gravissime observari mandavit.

2. Porro geminus distinguitur titulus : *ecclesiasticus* scilicet ac

(1) Conc. Chalcedonen. can. VI.
(2) Conc. Lateranen. III, can. V.
(3) Sess. XXI, *de Ref.*, cap. II.

patrimonialis. Hic postremus, cui occasionem dedisse videtur Alexander III [1], quique circa finem seculi XII usuvenire cœpit, obtinet, cum ordinandus talibus bonis certis, stabilibus ac frugiferis, aliunde quam ab Ecclesia provenientibus, est instructus, quæ ad congruam ejus sustentationem sufficere Episcopi judicio censeantur. Ad præfatum accedit titulus *pensionis*, quæ non modo ad congruam clerici alimoniam sufficere, sed et perpetua esse debet. Atque hi duo tituli extraordinarii censendi sunt, ac veluti ex dispensatione admittuntur, si nimirum Episcopus pro Ecclesiæ necessitate aut commodo aliquem ita ordinandum esse judicaverit [2].

3. Ecclesiasticus vero titulus in *beneficialem* subdividitur ac *paupertatis*, quibus aliæ quædam veluti subsidiariæ atque extraordinariæ species adjiciendæ sunt, tituli nempe *mensæ communis*, atque *servitii Ecclesiæ*, *Missionis*, *Sufficientiæ* et *Collegii*. Est autem titulus beneficii jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiæ propter officium aliquod spirituale, ecclesiastica auctoritate constitutum; atque hic ordinarius ac præcipuus titulus sacræ ordinationis dici debet [3].

4. *Paupertatis* vero titulus in religiosa professione est positus, vi cujus qui solemnia vota in probata Religione emiserunt, vel ex reditibus bonorum, si quæ ipsamet Religio possideat, vel ex piis fidelium largitionibus omnia communia habent, quorum ad vitam alendam indigent. Quem vero vocant *communis mensæ* titulum, eos clericos attingit, qui Religiosorum more in communi vitæ disciplina degentes aut nulla nuncupant vota, aut simplicia tantum, proindeque e domo religiosa exire aut dimitti, atque ad sæculum redire permittuntur. Neque enim ad eos pertinet titulus paupertatis, ut ex Const. *Romanus Pontifex* [4] S. Pii V deducitur.

(1) In cap. IV, *de Præbend.* — Thomassinus, *De vet. et nov. Eccl. discipl.* tom. 2, lib. 1, cap. 9, n. 2.

(2) Conc. Trid., *loc. cit.*; et Bened. XIV, *Inst. Eccl.*, Inst. 26, n. 1 et 3.

(3) Fagnan., in cap. 4, *de Præbend.*, n. 24.

(4) Prid. id. octobr. 1563 (*Bullarium Romanum*, tom. IV, Part. III, pag. 46).

Verum ex hisce clericis ii dumtaxat communis mensæ titulo promoveri ad sacros ordines possunt, quorum Congregationes aut Instituta peculiari ad id privilegio ab Apostolica Sede aucta fuerint.

5. Titulus *Servitii Ecclesiæ*, qui olim ordinarius erat, prout supra adnotatum fuit, et postea evasit extraordinarius; iis quandoque conceditur, qui, cum beneficio ecclesiastico vel pensione careant, aut patrimonialia aliaque bona non possideant, ea lege ordinantur, ut alicui ecclesiæ sint mancipati, ex cujus servitio et eleemosynis a piis Christifidelibus elargiendis sustentari possint, et ab eadem ecclesia nullo unquam tempore amoveri vel ipsi recedere queant, nisi aliter eis provisum fuerit ; quo titulo ut suis clericis sacros ordines conferret, s. m. Sixtum V Patriarchæ Venetiarum indulsisse constat [1].

6. Denique titulus *Missionis*, de quo potissimum heic sermo est, prætermissis titulis *Sufficientiæ* et *Collegii* (quos utpote raro occurrentes tantum commemorasse sat erit), adhiberi consuevit, cum alius legitimus titulus haud suppetit pro iis, qui majoribus ordinibus initiari cupiunt, ut Apostolicarum Missionum servitio sese devoveant. Id autem sæpe contingit in locis Missionum, in quibus ea est rerum conditio, ut commune Ecclesiæ jus circa ea, quæ ad prærequisitum pro sacra ordinatione titulum spectant, servari adamussim nequeat. Qui vero hujusmodi titulo ordinati sunt, ii ex apostolico ministerio in Missione, cui fuerunt addicti, ad victum necessaria consequuntur.

7. Sed exploratum est, Ordinarios clericis titulo Missionis non posse SS. ordinationum munera impertiri, nisi speciali S. Sedis indulto muniti sint; agitur enim de titulo extraordinario, qui præter jus commune adhibitus fuit. Quod quidem indultum superioribus Missionum aut Collegiorum seu Congregationum, quæ Missionibus inserviunt, vel ad certum tempus, vel ad præfixum casuum numerum concedi solet. Meminerint autem superiores eo parce utendum sibi esse : neque enim titulo Missionis omnes absque delectu sacris erunt ordinibus initiandi

(1) Campanil. *Diversor. jur. canonic.* Rubr. 8, cap. 4, n. 14 ; et Garcias, *De benefic.*, part. 2, cap. 16, n. 96.

clerici, qui ad Missionum curriculum ineundum utcumque dispositi videantur. Si enim, juxta S. Pauli monitum, manus nemini cito imponendæ, id potissimum valet, cum sermo est de iis, qui in arduum apostolici ministerii opus assumuntur. Quare hic titulus adhibendus erit in eorum dumtaxat favorem, qui animi indole et docilitate, intentionis rectitudine, aptitudine ingenii, profectu in sacris studiis, morum integritate, ac rerum mundanarum contemptu, spem faciant, sese strenuos futuros fore Evangelii præcones; super quo eorumdem superiorum conscientia districte oneratur.

8. Non secus ac alumni Collegiorum Pontificiorum, ii omnes qui titulo Missionis inter sacros ministros cooptari cupiunt, tenentur prius juramentum emittere, quo spondeant Missioni, cui destinati sunt vel destinabuntur, se fore perpetuam operam daturos; quod quidem ab iis, qui hoc titulo frui volunt, S. Sedes ut Missionum, quarum sumptibus illi aluntur, servitio consuleret, exigere constanter consuevit. Huic Instructioni subnectitur forma istius juramenti jampridem approbata usuque recepta, eamque ab omnibus usurpandam esse, ut uniformitas hac super re servetur, omnino præcipit S. Congregatio.

9. Necesse non est, ut qui ad SS. ordines hoc titulo evehendus est, actualiter in Missione versetur, sed sufficit ut paratus sit ad Missiones subeundas, quando et quomodo superiores eum mittendum censuerint ac ire jubeant.

10. Eis, qui hoc titulo sunt ordinati, vi præstiti juramenti interdicitur in Religionem ingredi absque venia S. Sedis; ejus namque judicio reservatum est, prævia Ordinarii, cui interierit, relatione, judicare, utrum Missionum, quarum servitio ii sunt addicti, necessitas id patiatur. Scilicet publicum bonum privato antecellat oportet, ea nimirum ratione, qua aliquibus Ordinibus concessum est, ne eorum Religiosis ad arctiorem sine suorum superiorum licentia transire fas sit.

11. Quemadmodum alii tituli, ita etiam hic, de quo agitur, juxta canonicas sanctiones, amitti potest, atque ab Ordinariis auferri, de consensu tamen S. Congregationis, cujus est sic ordinatos præstiti juramenti vinculo exsolvere. Quod si amisso titulo

generatim, aut etiam titulo Missionis, alter ei non substituatur, sacerdos haud propterea remanet suspensus : sed Ordinarii tenentur compellere ordinatos ad alterius tituli subrogationem, prout sacris canonibus consultum est. Id Sacra hæc Congregatio in generalibus comitiis diei 1 septembris 1856 declaravit.

12. Pariter sacerdotes regulares, qui vota solemnia nuncuparunt, atque ex apostolica indulgentia in sæculo vivere permittuntur; vel qui ediderunt vota simplicia, et e suis Congregationibus seu Institutis egressi sunt, ne cum proprii gradus dedecore emendicare cogantur, ad sibi de canonico titulo providendum obligentur ; in locis vero Missionum ipsi probare saltem tenentur, sibi suppetere media, quibus propriæ sustentationi, ut par est, consulant.

13. Qui titulo certæ alicujus Missionis ad ecclesiasticos ordines ascenderunt, ubi Missionarii officium dimiserint, procul dubio suum amittunt titulum, ac de alio sibi providere debent ; si vero alterius Missionis servitio deputentur, ut hujus Missionis titulum assumant, nova opus erit S. Sedis concessione ; neque enim eis suffragatur facultas, si quam obtinuerit ejus Missionis Ordinarius, memorato titulo clericos ordinandi.

14. Ordinarii in Missionibus utantur opera illorum etiam sacerdotum, qui aliis titulis ad sacros ordines admissi fuerunt, servatis de jure servandis ; neque enim ipsi possunt eos adstringere ad titulum Missionis subrogandum. Quin imo hortatur S. Congregatio Ordinarios, ut, quantum fieri potest, alii quoque legitimi tituli pro sacra ordinatione introducantur.

15. Tandem Sacra Congregatio animadvertens, incremento Missionum plurimum posse conducere, si qui in Collegiis sive Seminariis utriusque cleri Evangelii præcones mox futuri educati sunt, vel qui titulo Missionis ad ordines fuere promoti, animo identidem recolant jusjurandum, quo se obstrinxerunt, cooperandi Deo in salutem animarum ; eos hortatur, ut in annos singulos anniversaria die præstiti juramenti illud repetere curent, serio meditantes divinam erga se bonitatem, quæ eos constituit Verbi ministros ad annuntianda mirabilia virtutis ac potentiæ suæ ; quam immarcescibilis gloriæ corona eis in cœlis parata sit, si officium

suum sancte impleverint; quamque e contra districtum maneat judicium, si negligentia vel socordia sua, quod absit, quemquam perire contigerit. Id autem quo promptius et alacrius præstent, noverint S.M. Pium VI, in audientia diei 7 maii 1775, unicuique illorum plenariam indulgentiam, animabus quoque in purgatorio detentis applicabilem, et perpetuis valituram temporibus impertitum fuisse, non solum cum prædictum juramentum primo emiserint, verum etiam cum illud stato jam die renovaverint, dummodo in utroque casu conscientiam suam pœnitentiæ sacramento expiare non omittant, atque eucharisticam communionem suscipiant, vel Missæ celebrent sacrificium.

Datum Romæ ex ædibus dictæ S. Congregationis die 27 aprilis 1871.

FORMULA JURAMENTI AB IIS PRÆSTANDI, QUI TITULO MISSIONIS ORDINANTUR.

Ego N. Filius N. diœcesis vel vicariatus N. spondeo et juro, quod postquam ad sacros ordines promotus fuero, nullam Religionem, Societatem aut Congregationem Regularem sine speciali Sedis Apostolicæ licentia aut S. Congregationis de Propaganda Fide ingrediar, neque in earum aliqua professionem emittam.

Voveo pariter et juro, quod in hac diœcesi, aut vicariatu, *vel*[1] in Missione, cui S. Sedi vel S. Congregationi de Propaganda Fide me destinare placuerit, perpetuo in divinis administrandis laborem meum ac operam sub omnimoda directione et jurisdictione R. P. D. pro tempore Ordinarii pro salute animarum impendam, quod etiam præstabo, si cum prædictæ Sedis Apostolicæ licentia Religionem, Societatem aut Congregationem Regularem ingressus fuero, et in earum aliqua professionem emisero.

Item voveo et juro, me prædictum juramentum et ejus obligationem intelligere, et observaturum. Sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia.

(1) Juxta hunc alterum modum jurare debent, qui nondum alicui Missioni addicti fuerint.

II.

SUR LA VISITE AU TOMBEAU DES APÔTRES.

INSTRUCTIO SACRÆ CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE SUPER VISITATIONE SS. LIMINUM.

I. Inter præcipua officia, quæ Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis et Episcopis juxta SS. Patrum et Canonum statuta incumbunt, illud profecto est accensendum, quod ipsi sacra Apostolorum Limina visitare, eaque occasione Romano Pontifici obsequium ac obedientiam præstare, et rationem reddere de pastoralis muneris implemento, deque omnibus quæ ad Ecclesiarum suarum statum, et cleri populique mores ac disciplinam, animarumque ipsis creditarum salutem pertinent. Quod quidem officium, unitatis et communionis cum Apostolica Sede quædam veluti tessera, ex iis juribus sponte fluit, quæ Romano Pontifici vi Primatus, quo ex divina institutione in universam pollet Ecclesiam, inhærere compertum est. Nemo autem ignorat quæ hoc in themate fel. rec. Sixtus V, in celebri Const. *Romanus Pontifex* die 20 Decembris 1585 edita [1], præscripsit.

2. Cum vero nonnulla identidem suboriantur dubia circa modum, quo huic muneri sacrorum Antistites satisfacere debeant, atque inde graves anxietates ob sacramenti religionem, quo se illud impleturos spoponderunt, S. Consilium Christiano Nomini propagando propositum sollicitudinis suæ partes esse duxit, Sixtinam Constitutionem opportune declarare, ut quo enucleatior erit legis dispositio, eo promptius ab omnibus executioni mandetur.

3. Et præprimis recolere præstat quod in § 7 memoratæ Constitutionis præscribitur : « Ad hoc autem debitum visitationis commode explendum omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi et Episcopi, Itali videlicet vel ex Italicis insulis, unde commodius in Italiam trajici potest, veluti Siculi, Sardi, Cursi, et alii adjacentium provinciarum Italiæ ac etiam Dalmatiæ, et Græcarum,

(1) *Bullarium Romanum*, tom. IV, part. IV, pag. 173.

quæ ex regione ipsius Italiæ et Siciliæ oris sunt, *tertio anno ;* Germani vero, Galli, Hispani, Belgæ, Bohemi, Hungari, Angli, Scoti, Hiberni, et ceteri omnes, qui in Europa sunt circa mare Germanicum, et Balticum, ac omnium insularum maris mediterranei, *quarto anno ;* et qui intra Europæ fines sunt, his provinciis remotiores, ac etiam Africani littoribus nostris adversi, ac insularum maris Oceani Septentrionalis et Occidentalis Europæ et Africæ citra continentem novi orbis... *quinto anno ;* Asiatici vero et qui extra Asiam et in aliis novis terris orientalibus, meridionalibus, occidentalibus, et septentrionalibus, tam in insulis, quam in continentibus, et denique in quibuslibet mundi partibus, *decimo anno*, iter suscipiant, et, Deo concedente, perficiant. »

4. Jam vero sæpe quæsitum fuit, undenam in computando triennio, quadriennio, etc., exordiri oporteat. Et quidem alii opinati sunt ea temporis intervalla Episcopos computari debere a die, quo ad sedem episcopalem in Consistorio renunciati sunt, aut quo litteræ Apostolicæ ipsis expeditæ fuerunt ; alii a die consecrationis, alii denique a die acceptæ sedis possessionis. Quidam etiam existimarunt initium temporis ad SS. Liminum visitationem peragendam sumendum esse a die, quo diœcesis erecta fuit. Hinc ad aures S. Congregationis pervenit variam hac super re variis in regionibus praxim invalescere cœpisse.

5. Ad omnes hujusmodi opiniones e medio tollendas sat est, ea, quæ Sixtus V constituit, sedulo inspicere ; aperte enim in § 8 Constitutionis præfatæ enuntiatur, a die publicationis ejusdem Constitutionis Episcopos ad SS. Apostolorum cineres visitandos omnino teneri. Quemadmodum igitur scribit Fagnanus [1], prædicta annorum spatia omnibus incipiunt currere a die, quo Bulla Sixti V edita fuit, hoc est a die 20 Decembris 1585. Nec difficultatem facessunt, quæ in § 7 leguntur ; nam, ut idem auctor observat, « verba Bullæ : *Hæc autem annorum spatia*, non ita sunt accipienda, ut initium computationis triennii vel quadriennii etc. sumi debeat a die consecrationis, susceptionis vel translationis hujusmodi, sed hunc habent sensum, ut eo ipso quo quis est con-

(1) In II Lib. Decret. in Cap. *Ego N. Episcopus*, IV, *de jurej.*, n. 36.

secratus, incipiat sibi currere obligatio visitandi Limina, non autem ut spatia supradicta ab eo tempore computari debeant. Et hanc interpretationem semper habuerunt ea verba in S. Congregatione Concilii. Hæc autem computatio fieri debet ab ipsa die publicationis Bullæ exclusive, et sic in fine cujusque triennii etc. vel decennii integra dies vigesima Decembris cedit commodo Episcoporum, adeo ut tempus ad visitandum præfixum duret usque ad ultimum momentum ejus diei. Ita enim statuitur pro regula, ut dies termini non computetur in termino. » Revera prælaudata S. Congregatio Concilii, ut omne dubium amoveret, per encyclicas literas ad universi Orbis Catholici Præsules die 16 Novembris an. 1673 datas significavit, unum eumdemque perpetuo et ab omnibus observandum esse terminum pro sacra visitatione, qui amussim est dies editæ in lucem Sixtinæ Constitutionis [1].

6. Idipsum S. hæc Congregatio de Propaganda Fide an. 1802 Episcopis Hiberniæ enunciavit ; et an. 1865 cuidam ex Archiepiscopis Americæ Fœderatæ scribebat : « triennia etc. decennia ita esse computanda, ut initio sumpto a die, quo prædicta Constitutio edita fuit, nimirum a die 20 Decembris 1585, perpetuo et sine alia interruptione pro omnibus successoribus Episcopis decurrant. »

7. At nuper controversia mota est, *an etiam pro sedibus recenter erectis tempus visitationis sacræ computandum sit a die publicationis Constitutionis Sixtinæ.* Nec defuit inter recentiores canonum doctores, qui arbitraretur triennia, quatriennia etc., quod ad diœceses attinet post Sixtum V erectas, computanda esse a die, quo primus noviter erectæ diœcesis Episcopus administrationem suscepit.

8. Sed nulla suppetit ratio, cur Episcopi novarum diœcesum aliam a ceteris dimetiendi temporum spatia pro visitatione SS. Liminum rationem sectentur ; ipsi enim quoque Sixtinæ Constitutioni, sicut in aliis dispositionibus, quas continet, ita et in

(1) V. Caus. Carpenctoraten. diei 19 Febr. 1718, in princ. (*Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii,* Tom. 1, pag. 37).

hac adhærere debent. Quocirca propositæ mox quæstioni Emi PP. hujus S. Consilii in generalibus comitiis diei 3 Maii 1875 post maturam deliberationem decreverunt, respondendum esse *Affirmative*, nimirum etiam ab Episcopis, qui sedibus recenter institutis præsunt, præfatam regulam esse retinendam.

9. Quæ cum ita sint, cum quispiam ad episcopalem sedem, sive ex veteribus, sive ex novis, evehitur, diem quo lex Sixti V prodiit, præ oculis habeat; et si, præfiniti temporis inde incipiens computationem, noverit ejus prædecessorem vertente triennio, quatriennio etc. oneri SS. Liminum visitationis haud fecisse satis, sciat ipse se ad eam absolvendam adstringi. Juverit iterum audire Fagnanum, qui scribit [1] : « ex præscripto hujus Constitutionis Sixti V, § *Ad hoc autem*, vers. *Quæ ne longius differantur* etc. tempus qualecumque excursum alicui ex Episcopis, qui sive morte præventus, sive alia quacumque de causa, ob non finitum tempus ei præscriptum Limina non visitaverit, ita intelligi effluxisse et excurrisse illius successori, ut, termino ipso, juxta prædecessoris sui jusjurandum completo, debitam visitationem conficere teneatur. Quæ verba non eum habent sensum, ut Episcopus successor teneatur visitare pro omnibus trienniis etc., pro quibus ejus prædecessor non visitavit..... Sed illa verba ita sunt accipienda, ut Episcopus nuper consecratus, si eo triennio etc., quod eo tempore currit, ejus prædecessor non visitaverit, teneatur ipse visitationem perficere. » Si proinde incœpto jam triennio etc. Episcopus SS. Limina adiverit, relationemque suæ diœceseos exhibuerit, ac postea e vivis migraverit, neutrum repetere successor tenetur; persolutio enim prædecessoris successori suffragatur [2].

10. Econtra si quis diœceseos curam assumpserit paulo ante quam triennium etc. sub antecessore incœptum ad exitum perveniret, cum temporis defectu nondum in promptu possit habere quæ ad statum propriæ ecclesiæ referendum requiruntur, succurrit remedium implorandæ prorogationis, quæ, hisce præsertim in adjunctis, a S. Sede facile impertitur.

(1) *Loc. cit.* n. 46. (2) Fagn., *loc. cit.*, n. 47.

11. Notum est ipsam Sixtinam legem Episcopis consulere, qui, legitimo impedimento detenti, ad Apostolorum sepulcra personaliter se conferre non possunt; id enim per Procuratorem ipsis præstare permittitur. Immo quod ad Procuratoris deputationem facilius ac remissius agi cœpit, ut inde a sua ætate animadvertebat s. m. Bened. XIV[1], et pristinus rigor progressu temporis valde temperatus est. « Unde si Episcopus justo quolibet impedimento detentus a S. Congregatione licentiam petat visitandi Limina per Procuratorem, atque etiam in eum finem deputandi canonicum aliquem, aut sacerdotem diœcesis suæ jam in Urbe existentem, et privatis suis rebus vacantem, vel etiam ordinarium suum negotiorum gestorem aut agentem, de rebus Ecclesiæ et diœcesis probe instructum, dummodo ecclesiastico caractere insignitus sit, facta Rom. Pontifici per Secretarium ipsius Congregationis instantiæ illius relatione, non ita frequenter rejici solet, ut olim evenisse constat, sed petita licentia et facultas passim benigne conceditur. » Pariter ad Procuratoris munus olim haud admittebatur sacerdos regularis, nisi probata deficientia Capituli et cleri sæcularis, exceptis fortasse Ecclesiis remotissimarum regionum [2]; sed in hoc etiam sequioribus temporibus S. Sedes sese faciliorem præbere consuevit.

12. Quæ communiora ac potissima sint impedimenta, quibus Episcopi a Romano itinere suscipiendo excusantur, videre est penes rerum canonicarum tractatores *ad cap. IV*, Ego N., *de jurejur.* Ea vero sic perstringit Catalanus [3]: « Est quidem munus et reipublicæ officium episcopatibus adjunctum..., item ætas gravis, hostilitas quoque ac timor hostium, incursus latronum, pestis et alia id genus, quorum tamen quædam impedimenta Antistites profecto excusant a visitatione personali tantum, non vero ab illa, quæ per certum nuntium, veluti ægritudo, decrepitas, munus episcopatui adjunctum, quæ personam respiciunt ipsius Episcopi. Sunt autem quædam alia, quæ etiam a mittendo Romam certum nuntium Episcopos excusant, ut ex. gr. pestis, viarum obsessio,

(1) *De Syn. Diœc.* L. XIII, cap. IV, n. 3.
(2) *Ibid.*
(3) *Comment. Pont. Rom.* Tom. 1, ad § IV.

hostilitas, modo tales sint, quæ impediant accessum diœcesanorum ad Urbem. » Ceterum tot esse possunt hujusmodi impedimenta, quot peculiares cujusque personæ circumstantiæ, quibus fiat, ut sine magna difficultate aut gravi incommodo urbs Romæ adiri non possit.

13. Sed facile quisque intelliget ordinarias causas quæ personalem visitationem impediant, nostra hac ætate nonnisi raro locum habere ; ea enim invexit humanum ingenium adjumenta ad varias locorum distantias percurrendas, ut incredibili ferme celeritate ac facilitate longissima quæque itinera terra marique perfici valeant. Et, si ad debitum visitationis officium *commode*, ut ipse ait, explendum Sixtus V prædicta temporum intervalla præscripsit, *variam*, ut verbis utamur Benedicti XIV [1], *locorum atque diœcesium ab Urbe distantiam summa æquitatis ratione perpendens ;* quid in præsens tam facile, quam intra ea intervalla ad Urbem accedere? S. igitur Congregatio sibi persuadet, SS. Antistites huic muneri, cui sese, interposito sacramento, obstrinxerunt, nedum statis a Sixto V temporibus numquam esse defuturos, sed immo spem fovet in Domino, ut magistrorum veritatis Petri et Pauli sepulcra, fidelium animas illuminantia, coram veneraturi, suam huc præsentiam sæpius etiam exhibeant. Quod certe ipsi libenter præstabunt, modo attenta consideratione revolvant illud Sardicensis Concilii [2] : « optimum et valde congruentissimum esse, si ad Caput, id est ad Petri Apostoli Sedem de singulis quibuscumque provinciis domini referant sacerdotes. » Ita enim fit, ut Rom. Pontifex, cui omnium ecclesiarum sollicitudo concredita est, Præsulum Romam adventantium opera et adjutorio, ubique locorum christiani gregis necessitates agnoscere, spiritualium ovium morbos intelligere, et aptiora remedia adhibere valeat, nec quidquam ipsum lateat earum rerum, quas ad Dei gloriam augendam, ad religionem propagandam, ad animarum bonum promovendum necessario eum scire oportet. Plura

(1) *Loc. cit.*, n. 5.

(2) *Epist. Syn. ad Jul. I, Rom. Pont.*, apud Labbæum, Tom. II, col. 690, edit. venet.

sane negotia per epistolam possunt expediri ; nemo tamen inficias iverit, plura esse alia, quæ melius nequeant pertractari, quam si os ad os alloquamur. Accedit etiam, quædam aliquando occurrere, quæ secreti fidem ita postulant, ut ea scripto mandare periculosum sit ; hinc fel. rec. Benedictus XIII, in Rom. Synodo an. 1725 [1], Episcopos monet, « ne ita passim personali ab hac visitatione se dispensent, monita hic multa et sane proficua eorumdem SS. Ecclesiæ Principum patrocinio et Summi Pontificis vivæ vocis oraculo percepturi quæ scriptis aliquando nequeunt consignari. »

14. Ne itaque pigeat SS. Antistites ad Urbem, quam Apostolorum Principes suo sanguine consecrarunt, ex dissitis etiam regionibus properare, eum etiam in finem, ut arctioribus usque vinculis cum supremo Ecclesiæ Capite et duce conjuncti, eo fortius prœliari prœlia Domini pergant, quo majore in dies impetu ac velut agmine facto christianæ Reipublicæ hostes eam oppetere adnituntur.

15. Hanc autem S. Congregationis instructionem SSmo D. N. Pio PP. IX per me infrascriptum Secretarium in audientia die 13 elapsi mensis relatam Sanctitas sua benigne in omnibus adprobavit, eique apostolicæ suæ auctoritatis robur adjecit.

Datum Romæ ex ædibus dictæ S. Congregationis die 1 junii 1877.

(1) Tit. XIII, cap. 1.

COMMENTAIRE SUR LA CONSTITUTION *APOSTOLICÆ SEDIS* DE PIE IX[1]

EXCOMMUNICATIONS RÉSERVÉES AU SOUVERAIN PONTIFE.

§ XI.

Excommunication portée contre ceux qui trafiquent des indulgences et des autres faveurs spirituelles.

SOMMAIRE. — I. Texte de la Constitution. — II. Objets dont le trafic est défendu par la Bulle de S. Pie V. — III. La vente d'autres faveurs ou grâces spirituelles n'emporte pas cette peine. — IV. Quelles personnes sont atteintes par cette peine ? — V. La suspense portée par S. Pie V contre les Evêques existe-t-elle encore ? — VI. 1re condition requise pour encourir l'excommunication : poser un des actes défendus. — VII. 2e : Avoir reçu le prix. — VIII. Les complices ne l'encourent pas.

I. Voici les termes dont Pie IX s'est servi pour formuler cet anathème : « Omnes qui quæstum facientes ex indulgentiis aliisque gratiis spiritualibus excommunicationis censura plectuntur Constitutione S. Pii V *Quam plenum*, 2 januarii 1569. »

II. Pie IX nous renvoyant à la Constitution de S. Pie V, nous devons y chercher l'étendue de la disposition de notre paragraphe. Voyons d'abord quels sont les objets dont le trafic emporte l'excommunication.

C'est d'abord 1° la publication, ou la concession de la per-

(1) Voir tom II, pag. 73, 428, 453, 607 et 645 ; tom. III, pag. 97, 154, 235, 435, 443, et 581 ; tom. IV, pag. 5, 128, 237, 354, et 467 ; tom VI, pag. 117 et 229 ; tom. VII, pag. 249 et 604 ; tom. VIII, pag. 587; tom. IX, pag. 23, 168, 242 et 353.

mission, moyennant une somme d'argent, de choisir un confesseur qui, par le fait même, serait investi du pouvoir d'absoudre de tous les cas réservés, même aux Evêques ou au Saint-Siége [1].

2° La publication ou concession d'indulgences, ou de rémission des pénitences, moyennant payement d'une somme d'argent [2].

3° La permission d'offrir le saint sacrifice de la messe, et de faire les sépultures.

4° De faire usage des aliments prohibés, par exemple aux jours d'abstinence ou de jeûne.

(1) « Rem profecto indignam audivimus, *lit-on dans la Bulle,* quod quidam... Præsules... gratia gratis accepta pietatis specie abutentes, et facultates a sacris Canonibus sibi concessas excedentes, litteras suas in eorum civitatibus et diœcesibus publicare præsumpserunt, quibus inter cætera pericula deprehenditur, quod cuicumque illas accipiendi certa soluta pecunia licitum sit, quem voluerit sibi sumere sacerdotem, qui confessione audita ipsum absolvere valeat, non in eis tantum casibus,in quibus simplex sacerdos absolvere potest, sed etiam in eis quæ solis Episcopis reservata reperiuntur, aliquo præterea casu admixto, qui ad examen hujus Sanctæ Sedis esset omnino referendus.»§ 1.*Bullarium Romanum*, tom. IV, part. III, pag. 56. M. Granclaude, dans son commentaire sur la Constitution *Apostolicæ Sedis* confond le pouvoir dont il est ici question avec l'absolution elle-même des cas réservés.Voici comment il résume ce paragraphe : « Excommunicantur 1°... 2°. Qui, nonnisi soluta pecunia absolverent a casibus reservatis ex potestate sibi concessa. » Pag. 53. C'est tout à fait inexact.

(2) « Ad hæc, *poursuit S. Pie V,* ipsi in dispensandis cœlestis gratiæ donis nimium prodigi, iis sic literas prædictas accipientibus indulgentias et pœnitentiarum injunctarum remissiones nulla cum re temporali conferendas profusius passim et indiscrete largiuntur, quibus et aliis licentiis prædictis non pauci fluctuantes, et infirmi veniæ facilitate inducti, ad peccandum procliviores fiunt, quando tot et tantorum delictorum remissionem certo et vilissimo pretio acquirere possint ; et indicem præterea casuum ac indulgentiarum ædibus sacris appendi jusserunt, quibus emptores venari videntur, cum palam significetur solventibus suprascripta concedi. » § 2. *Ibid.*, pag. 57.

5° D'admettre plusieurs parrains au baptême, nonobstant la défense du Concile de Trente [1].

6° Enfin l'absolution du crime de simonie réservée au Saint-Siége [2]. Nous avons dit, dans notre dernier article, quel est le crime des simonie qui est aujourd'hui réservé au Souverain Pontife [3].

